MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80597-8

AUTHOR:

VITZ, DR.

TITLE:

DE IPHIGENIAE AULIDENSIS...

PLACE:

TORGAU

DATE:

1862-63

Master Negative #
92-80597-8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Vitz, Dr.
...De Iphigeniae Aulidensis auctore et fatis p.I.[-II]... Torgau, Tragmann, 1862-63.
2 v. in 1, 29 x 23½ cm.

"Einladungsschrift zu der feier des schröderschen stiftungs-aetus im Gymnasium zu Torgau..."

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 14X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 5-27-92 INITIALS SA
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


VOLUME 1




AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202







Centimeter



Inches







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Einladungsschrift

zu der Feier

des

Schröderschen Stiftungs-Actus

im

Gymnasium zu Torgau

am 13. April 1862.

1) De Iphigeniae Aulidensis auctore et fatis P. I. Vom Gymnasiallehrer Dr. Vitz.
2) Nachrichten über die Anstalt aus dem Schuljahre von Ostern 1861 bis Ostern 1862. Von dem Director.

Torgau, 1862.

C. Tragmann's Druckerei.

De Iphigeniae Aulidensis auctore et fatis.

Iphigenia Aulidensis quot et quantorum virorum studia excitaverit, nemini ignarum, qui vel mediocriter animum ad hoc litterarum genus advertit. Non dico nunc Racinios, Schilleros, alios poetas, qui fabulae sine dubio praestantissimae dulcedine capti vertendo eam aequalibus commendavere: philologiae dico principes, Porsonos, Boeckhios, Hermannos, qui de statu ejus critico aut succincte sententiam ferre aut accuratius inquirere non dedignati permagnum aliorum numerum ad eandem quaestionem pertractandam adduxerunt. Multa enim insunt in hac Iphigenia, quae subactioris judicii philologum non sinant perfrui reliqua fabulae pulchritudine: dicendi genus aliquoties minime Euripideum, interdum quod ne Graecum quidem videatur: metrorum vitia passim ea, quae vix tironi ignoscas. Accedunt veterum quaedam de Euripidis Iphigenia Aulidensi testimonia, quae difficile est conciliare cum ea, quam nos legimus, fabula. Nec tamen ita versati sunt in hac quaestione philologi, ut, qui primus eam tractavit, omnes is statim videret rei difficultates: immo alius aliam aut detexit aut visus est sibi detegere corruptelam, et quam longissime aberat Musgravius a recentiorum, velut Zirndorferi, dubitationibus. Exponenda igitur nobis est longa sententiarum series, videndumque quid in singulis veri contineatur: quo in examine multum nos adjuvabit ipsorum virorum doctorum, dissidentium et inter se refutantium, opera. Altera autem disputationis parte collectis, quas re vera esse agnoverimus, difficultatibus et externis illis testimoniis accurate consideratis, quid de auctore fabulae et fatis statuendum sit, dijudicare conabimur.

Pars I.

Qui primus majorem quandam in Iphigenia Aulidensi cernere sibi videbatur corruptelam, Musgravius initium potissimum fabulae suspectum habuit. Quum enim legere se apud Aelianum meminisset

> ὁ δ' Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ
> Ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις
> κεροῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν
> σφάζειν θυγατέρα — — —,

simul hanc unam fabulam reputans incipere a diverbio anapaestis scripto, utrique difficultati non melius existimabat posse subveniri, quam si versus illi ex deperdito fabulae prologo crederentur deprompti esse. Ex eodem hoc prologo suspicabatur sumptam esse, quam Hesychius ex Iphigenia Aulidensi commemorat, vocem ἄθραυστα[1]). Denique quos Aristophanes[2]) ridet Euripidis versus, scholiasta teste ex Iphigenia Aulidensi depromptos, eos Musgravius ante versum fabulae **164.** putabat excidisse, quod jam, si totum initium concedimus vehementer immutatum esse, minus fit mirabile. — Hanc Musgravii sententiam externis potissimum quibusdam niti vides testimoniis: nam

---

[1]) Hesych. ἄθραυστα, ἀπρόςκοπα. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι.

[2]) Aristoph. Ran. **1309.** sqq., ubi scholiasta: διὰ τοῦ στωμύλλετε πάλιν εἰς αὐτὸν παίζει· ἐξ ἄλλων Εὐριπίδου δραμάτων κόμματα τίθησι καὶ οὐδὲν κατὰ τὸ ἑξῆς λέγει μέλος· ἔστι δὲ τὸ παρεγκείμενον ἐξ Ἰφιγενείας τῆς ἐν Αὐλίδι. Locus in tota hac quaestione mea sententia difficillimus, quippe quem, nisi erasse statuimus scholiastam, expedire non possimus.

quod attulit ex ipsa fabula argumentum, miram et singularem prorsus exordii formam, non tantum ei, quantum par erat, videtur tribuisse [3]). Jam igitur jure quid contra eum et dictum sit et dici possit, videamus. Quanquam proximorum quidem, qui de hac quaestione judicaverunt, philologorum plausum tulit Musgravius: assensi enim sunt Marklandius, Beckius, Prevostus, sententia paulum immutata etiam Eichstadius (de dramate Graecorum comico-satyrico p 99., quem locum in suum librum transcripsit Boeckhius), Jacobsius, Boeckhius (Graec. tragoediae princip. cap. XVII.). Eichstadius enim et qui eum sequuntur, quum viderent in nostrae fabulae versibus 49. – 114. contineri ea, quae usitatum prologi genus prorsus reddant supervacaneum, hos ipsos versus olim additis quibusdam, quae ex Dianae persona manarent [4]), prologum fuisse, totum autem locum altera quadam fabulae editione (ea nimirum, quae nobis relicta est) prorsus transformatum esse conjecerunt. Contra hos omnes Bremius [5]) versus ab Aeliano citatos in neutrius editionis prologo potuisse locum habere luculenter ostendit. Verba enim illa nequaquam tam gravem produnt animi affectum, ut absentem iis dea videatur compellare, neque fieri potest, ut Diana, quum eam, quae nisi mactata Iphigenia placari non possit, conceperit in Agamemnonem iram, hunc ipsum in prologo alloquatur et consoletur et a sollicitudine de filiae sorte levet. His causis postquam tertiam addidit Matthiaeus, „quod apud Euripidem is, qui prologum agit, semper illud tantum exponeret, quo statu essent res eo ipso tempore, aut, si forte, eventum rei generatim et infinite tantum significaret, ut in Hippolyti prologo Venus, nunquam ipsum fabulae exitum, quam *καταστροφήν* vulgo vocant, et in quo *λύσις* actionis posita est, statim ab initio spectatoribus enuntiaret“ (l. l. p. 321.), virorum doctorum plerique non amplius de deperdito quodam eoque vere Euripideo fabulae prologo, ex quo depromptum sit Aeliani illud fragmentum, cogitandum esse putaverunt. Audi modo G. Dindorfium, qui, quanquam versus illos suspicatur ex prologo, spurio scilicet et a recentiore poeta elaborato, petitos esse, de Matthiaeo sic judicat: „Nam quibus Matthiae utitur argumentis ut versus illos alienos ab prologo esse ostendat, gravissima sunt de Euripide, nullam vero vim habent, si Dianae oratio ab recentiore poeta composita est, qui quum prologi hoc esse putaret, ut argumentum fabulae exponeretur, facile potuit justo longius procedere non exordio solum praeparando sed exitum quoque fabulae exponendo“ (Eurip. tragg. superst. ed. G. Dindorfius. Tom. III. Ann. P. I. p. 439.). Hac tanti viri sententia muniti securi esse possumus de Gruppio [6]), qui contemptis Bremii et Matthiaei argumentis versus illos ab Euripide in suae Iphigeniae Aulidensis prologo positos esse existimat: praesertim quum vir doctus eam, quam nos legimus, quam diversissimam velit esse ab Euripidis fabula.

Hactenus igitur tantum constat, errasse Musgravium et quos praeterea nominavi hujus sententiae defensores, quum Aeliani illud fragmentum judicarent ex genuino quodam fabulae nostrae prologo esse depromptum.

Quam deinde Hesychius ex Euripidis Iphigenia Aulidensi affert vocem *ἄθραυστα*, cujus Musgravius aptum fuisse locum putabat in prologo illo deperdito, ea in tanta totius fabulae corruptela quam facile aut prorsus excidere aut oblitterari alia scriptura potuerit, quisque intelligit. Mihi satis probabilis videtur cl. Hemsterhusii conjectura, qui fabulae nostrae v. 57. pro *ἅψαιτ' ἄριστα* scribendum censuit *ἅψαιτ' ἄθραυστα*: eodem fere Hermanni inclinare sententiam ex iis, quae ad hunc versum annotavit vir doctissimus, elicias.

[3]) „Levius hoc argumentum tractaverunt Musgr. et Boeckhius, quod Bremius merito pro gravissimo habet.“ Matthiae Eurip. tragg. tom. VII p. 322.

[4]) Sunt verba Boeckhii l. l.

[5]) Philologische Beiträge aus der Schweiz. I, pag. 143. sqq.

[6]) Ariadn. pag. 515. „Ist es denn ganz unmöglich, dass es Prolog sei? Das Futurum *ἐνθήσω* und *σφάζουσιν* (sic! legendum fortasse *αὐχήσουσι*) schickt sich sogar für den Prolog gewiss viel besser (cf. Bernhardy griech. Litt.-Gesch. Th. II. S. 875 [1. Bearb.]) und es fragt sich nur, ob die Anrede an Agamemnon, wenn dieser nicht auf der Bühne ist, etwas Befremdliches habe. Ich glaube nicht; erstlich kann ich anführen, dass auch Athene zum Schluss der Taur. Iphigenia ganz ähnlich den Orest anredet, der doch dort sicherlich nicht gegenwärtig ist etc.“

Tertium denique testimonium, quo Eichstadius potissimum et Boeckhius totum olim fabulae initium aliter institutum fuisse demonstrare conati sunt (Aristoph. Ran. 1309. schol. cf. huj. lib. pag. 3. ann. 2.), ita comparatum est, ut, quanquam inviti, errasse scholiastam cum plerisque viris doctis statuere cogamur. Idem enim scholiasta, quum ad ejusdem fabulae v. 67. haec annotaret *οὕτω δὲ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας*, si re vera hanc Iphigeniam Aulidensem jam ante Aristophanis Ranas ab ipso Euripide editam fuisse putaret: sine dubio non *δεδιδαχέναι* scripsisset sed *ἀναδεδιδαχέναι*. Dindorfii certe, quibus hoc altero quoque loco scholiastae errore *ἐν Αὐλίδι* positum esse pro *ἐν Ταύροις* videtur, illud *δεδιδαχέναι* tamen ita referunt ad primam fabulae editionem ut, quum Ranis certissime constet perstringi Tauricam Iphigeniam (cf. Ran. v. 1232.), in componenda hac fabula comicum malint privatis discentium histrionum exemplis usum esse quam publica fabulae editione [7]).

Res igitur sic se habet: duas constat Athenis in scenam commissas esse Iphigenias, unam, quam ridet Aristophanes Ranis, quae est Taurica — nam Dindorfiorum illud commentum credat, cui placet —: alteram, quam docuit filius Euripidis defuncto patre. Hanc alteram Iphigeniam, diserto scholiastae testimonio Aulidensem, non fuisse repetitam fabulae prius jam editae editionem, et apparet ex simplici verbo *δεδιδαχέναι*, et magis etiam fit verisimile, si comparamus, quod tradit Suidas, Euripidem, Euripidis filium, docuisse nonnulla patris *δράματα, οἷς μήπω ἦν ἐπιδειξάμενος*. Ranae autem quum docebantur, nulladum defuncti Euripidis tragoedia edita erat, cf. Ran. vs. 868. sqq.

Αἰσχ. ὅτι ἡ ποίησις οὐχὶ συντέθνηκέ μοι
τούτῳ δὲ συντέθνηκεν.

cf. Boeckh. trag. Graec. princ. p. 205.[8]) Ergo Ranae ante Iphigeniam Aulidensem docta erat: itaque Aristophanes versibus illis non potuit locum ejus ridere, et scholiasta erravit.

Examinatis igitur externis illis testimoniis et intellecto, ni fallor, nihil inde confici eorum, quae volebant Musgravius et qui proximi eum secuti sunt usque ad Boeckhium, ad unicum jam internum, quod ab iis prolatum est, argumentum necesse est animum advertamus. Quod ab iis levius quam par erat tractatum supra jam monüimus. Desiderabant enim, ut brevi complectar, prologum talem, qualem reliquis fabulis suis, quas quidem nos habemus, praeter Rhesum ab Alexandrinis jam *νοθευόμενον* praemisit Euripides. Nunc igitur ut in hac difficultate subsistamus — nam etiam aliam in eo, quod nunc legitur, fabulae initio latere contendit Bremius —, agnoverunt eam praeter Bremium Matthiaeus, Hartungus, Zirndorfer, elevare G. Dindorfius et God. Hermannus studuerunt. Sic enim Dindorfius [9]) in annotatione ad verba Matthiaei: „Non gravioris, sed potius nullius momenti hoc de anapaestis argumentum est. Nam ex paucis, quorum ad nos notitia pervenit, Aeschyli Euripidisque exemplis hoc unum colligi potest, rarius ab anapaestis incepisse tragoedias. Versus Euripidis Andromedae anapaesticos, quibus Aristophanes utitur Thesm. 1065. omissis, ut videtur, quibusdam tragici verbis, ex *εἰςβολῇ τοῦ προλόγου* sumptos esse annotavit scholiasta.“ Hermannus [10]) autem: „At quam multae perierunt, quae quale exordium habuerint nescimus! Sed fuerit haec unica: quidni quod in aliquot fabulis Aeschylus fecit, Euripides hac facere potuit in una? Nam plane in nulla fecisse tum demum credi debebit, quum diserto monstratum fuerit idonei auctoris testimonio. Prologum vero, qualem fere Euripidis tragoediae habent, ne in hac quidem desideramus: qui, si praeter consuetudinem non in ipso fabulae initio sed medios inter anapaestos, quibus Agamemno cum sene ministro suo colloquitur, positus est: recordari debemus, eo tempore scriptam esse hanc tragoediam, quo poetas, inclinato jam flore artis, ut novitate inventorum placerent, ad insueta confugisse minime sit mirandum.“ Ad haec respondendum: si

[7]) cf. G. Dindorf: Eurip. tragg. superst. tom. III, P. I. p. 445. sqq.

[8]) Aliter censet Firnhaber ed. praef. pagg. XLII.—LXIV., qui tamen ut in plerisque sic in hac quoque re sententiam suam parum mihi probavit.

[9]) l. l. p. 439.

[10]) Hermannus: Eurip. Iph. Aulid. praef. pag. IX. sqq.

quisquam veterum tragicorum, Euripides sine dubio certam quandam et stabilem secutus est artem, a qua non facile discedebat. Hujus artis propriam fuisse eam prologorum rationem, quam ex reliquis nunc cernimus ejus tragoediis, et ex Aristophanis irrisione (Ran. 1193. sqq. fr. 199.) et ex aliorum veterum testimoniis (Schol. Aesch. Eum. 47., Schol. Aristoph. Ach. 415.) satis apparet. Itaque Iphigeniae quoque Aulidensi talem prologum aut addidit aut certe additurus erat. Nam quod scholiasta attulit de Andromeda testimonium, non tam certum mihi videtur esse, ut multum ei tribui possit. Concedendum igitur est, initium fabulae, etiamsi sola forma spectetur, non tale esse, quale ad Euripidem auctorem possit referri[11]). — Cui quidem sententiae magna accedit veri species, si consideramus quas primus Bremius protulit dubitationes ex ipso argumento petitas. Hic enim vir doctus inepte versus 49.—114. inter anapaestos 1.—40. et 113.—164. intrusos esse ostendit: primum enim ridiculum esse, quod ad senis verba v. 44.

φέρε κοίνωσον μῦθον ἐς ἡμᾶς

Agamemno non quae ille cognoscere cupiebat respondeat, sed longe alia enarret, quae scire non senis illius sed spectatorum intersit: deinde senem illum, si audivisset quae dicit Agamemno vss. 68.—110. a Menelao adductum se in litteris, quibus Iphigeniam jussisset ad se mitti, connubium cum Achille praetexuisse, de quo mendacio neminem praeter Calchantem et Ulixem et Menelaum quidquam compertum habere; nunc autem in litteris, quas se scribere videret senex, retractasse mandata illa: haec igitur si audivisset senex, non posse eum quaerere v. 124.

καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρων ἀπλακὼν
οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαρεῖ
σοὶ σῇ τ' ἀλόχῳ;[12])

Unde Bremius, quippe qui duplicem fuisse Iphigeniae Aulidensis editionem cum Boeckhio statueret, id colligebat, nostrae fabulae initium inepte ex duarum illarum fabularum initiis compositum esse. Hoc ipsum tamen non recte colligi, Hermannus et Hartungus verissime monuerunt[13]). Nam etiamsi concedatur de duplici fabulae editione, cujus praeter scholiastae testimonium aperte falsum nullum extat vestigium, tamen in ea editione, quae iambicum habebat prologum, accedere debebant ea fere, quae nunc anapaestis exposita sunt, et rursus in altera, quae prologum habebat anapaesticum, ea fere, quae nunc iambis continentur. — Quanquam autem, quae conclusit Bremius, sine dubio sunt rejicienda, dubitationes tamen ejus nec ab Hermanno nec ab alio quoquam refutatae esse mihi videntur.[14]) Ut enim prius illud largiamur poetae eumque theatro inservientem non tam stricte, quid locus et res postulet, patiamur observare, alterum certe, quod servus, tanquam surdus astitisset tam longae narrationi, de ira Achillis metuit, ab Euripide ita excogitatum esse utique debet negari. Nam quae Hermannus[15]) commentus est, Agamemnonem ea, quae arcana sint, v. 97.

οὔ δή μ' ἀδελφὸς πάντα προςφέρων λόγον
ἔπεισε τλῆναι δεινά

et vss. 104.—107.

πειθὼ γὰρ εἶχον τήνδε πρὸς δάμαρτ' ἐμὴν,
ψευδῆ συνάψας ἀμφὶ παρθένου γάμον.
μόνοι δ' Ἀχαιῶν ἴσμεν ὡς ἔχει τάδε
Κάλχας, Ὀδυσσεὺς, Μενέλεώς θ'. —

[11]) Optime de hac quaestione judicavit Bernhardy Griech. Litt.-Gesch. Th. II, Abth. 2, S. 394: „Daher überall ein Prolog, auch Iphig. A. besass ehemals den ihrigen; einen eigenthümlichen haben die Troades, den schönsten aber Medea; blos Andromeda wich von der Regel ab, indem eine lyrische Monodie (Welcker p. 647.) dem Prolog voranging."

[12]) In exponendis Bremii dubitationibus usus sum verbis Hermanni, brevius eas et concinnius comprehendi posse diffisus. cf. Herm. praef. p. 10.

[13]) Herm. ed. praef. p. 11. Hartung. ed. praef. p. 83. „si abjiceretur alterutra pars, amputarentur ea, quibus non potest careri."

[14]) Cf. Firnhaber. ed. praef. p. XXVI.—XXVIII.

[15]) Ed. praef. p. 12. cf. Hartung. ed. praef. p. 83. et Zirndorfer de chronologia fabularum Euripp. p. 96.

aversum ab sene et submissiore voce, ut ille non audiat, putandum esse dicere: haec ut cuiquam persuadeat, magnopere vereor[16]). — Attamen hic quoque valere videntur, quae de alia totius quaestionis parte a G. Dindorfio moneri supra retuli Gravissimae enim sine dubio sunt Bremii illae dubitationes, si Euripidem ipsum credimus totam fabulam absolvisse: sin vero, quod aliunde fit verisimile, non prorsus confecta ab eo est Iphigenia, non debemus mirari, si editori fabulae, docendae ejus quam celerrime cupido, ea quae elaborata inveniebat quoquo modo conglutinasse sufficeret. Audiebant enim, non legebant Athenienses fabulam illam, quam ante Bremium quot viri docti perlegerunt etiam, dubitationibus illis nihil offensi! — At res nondum est his confecta. Quum enim argumentatio nostra eo tendat, ut scenas quasdam, ab Euripide non prorsus elaboratas, a recentiore poeta, fabulae editore, alio, atque ipsius erat auctoris consilium, modo conjunctas esse statuamus: G. Dindorfius[17]) prologi versus 49.—114., quum oratione scripti sint minus quam qua Euripides in prologis uti soleat poetica et insint vocabula quaedam et locutiones non Euripideae, negat posse ad Euripidem referri. Dolendum tamen, quod vir doctissimus noluit vocabula illa et locutiones illas accuratius indicare. Nam, quod dicit „postremos prologi versus (112. sqq.) e loco simili Iphigeniae Tauricae esse adumbratos recte judicavit Matthiae, neque 115. et 116., in quibus mirus accidit vocabuli σύντονα usus, sunt Euripidei[18])" —: maxime hoc facit cum nostra sententia. Nam Euripidem prologum suum ita elaborasse, ut sine ullo additamento longe alio loco posset collocari, minime est verisimile: immo, etiamsi prologus ille ab Euripide prorsus erat absolutus, editor tamen fabulae, quum vellet eum anapaestis inserere, in fine facere non poterat quin nonnulla mutaret et de suo adderet. Ceterum propter versus 112.—114. nequaquam ad Iphigeniae Tauricae imitationem confugiendum esse existimo: eadem enim interpolator ex servi verbis, vers. 34.—48., sumere poterat: omnino autem. si quando in perficienda fabula haereret, eum rem ita instituisse, ut ex proximis ipsius fabulae versibus novos quosdam excuderet versus, praeter hunc alii quoque docent loci (cf. 598. - 606. et sequentia Clytaemnestrae verba, 631., 632. et 635. - 637., 1426.—1430. et 1431.—1433. ed. Nck.). — Quamvis igitur extremos illos prologi versus ab Euripidis arte longe alienos esse concedam, alterum tamen illud Dindorfii, orationem parum poeticam, minime assequor: immo hanc orationem, quam ipse Hermannus non dubitavit genuinam habere, ab Euripide eo consilio, ut esset fabulae prologus, elaboratam esse persuasum habeo[19]) et de hac re prorsus assentior Hartungo (ed. praef. p. 84.).

Jam priusquam pedem proferamus, quid hactenus effecerimus, colligendum est. Vidimus igitur, ni fallor, tria: primum, Iphigeniae Aulidensis prologum, sive formam spectas sive argumentum, talem esse, qualem ab Euripide ipso excogitatum et elaboratum esse nullo modo queat concedi; alterum, hunc tamen prologum nequaquam tam esse perversum, ut ferri nequiverit a spectatoribus haud nimium attentis; tertium, nullo constare veterum testimonio, hunc locum unquam aliter fuisse lectum. — Tertio autem illo concesso corruere videtur eorum, qui cum Eichstadio et Boeckhio duplicem statuerunt Iphigeniae Aulidensis recensionem, sententia. Nam quae praeterea ab iis afferuntur, scripturae aliquot locis[20]) varietas et diversus fortasse aliquot versuum et scenarum color, ea non ut de duplici editione sed ut de interpolatione fabulae cogitemus, debent efficere. Huc

[16]) Alii aliter haec expedire conati sunt, quorum tamen nemini assentior. cf. Firnhaber. ed. praef. p. XXX.

[17]) l. l. pag. 440. ann.

[18]) l. l. pag. 441.

[19]) Verissime etiam de hac Dindorfii dubitatione judicat Bernhardy: „Auffallend genug besteht sie (die jetzige Exposition) aus einem sehr gedehnten Dialog in Anapästen, in den ein prologartiger Vorbericht ohne recht geschickten Anfang eingelegt ist, doch so künstlich, dass man nicht mit Dindorf glauben kann, Euripides selber habe zwei Ansätze zum Prolog V. 1.—48. und 117.—163. hinterlassen, zwischen welche später 49.—116 eingeflickt worden. Griech. Litt.-Gesch. Th. II, S. 875. (1. Bearb.; sententia leviter immutata, 2. Bearb. Th. II, Abth. 2, S. 419.).

[20]) In hac potissimum quaestionis parte laudabiliter versatur viri doctissimi M. Seyfferti libellus, quem de duplici recensione Iphigeniae Aulidensis edidit Halis Sax. a. MDCCCXXXI.

ante omnia, quae Boeckhius in libro suo de fabulae parodo protulit, videntur pertinere. Hic enim quum Euripidem minorem repetitae fabulae recensionis utique vellet auctorem esse, vestigia hujus operae circumspiciens libenter arripuit Suidae testimonium de Euripide, celebris poetae aut filio aut fratris filio „ἔγραψε Ὁμηρικὴν ἔκδοσιν εἰ μὴ ἄρα ἑτέρου ἐστί.“ Dubitationi autem, quae inest in verbis extremis, subvenire ita conatur: „Sed cujus fuerit Euripidis, non videtur certum esse; nostrum tamen minorem Euripidem ejus auctorem esse veri simillimum est, quum et Sophoclis hic assecla videatur fuisse ac proinde φιλόμηρος, et poeta imprimis criticus: qui enim patrui fabulas emendabat, quidni Homero is operam impenderit?“[21]) Jam, si propriam hic Euripides confecit Homeri recensionem, differre illa passim a vulgari poterat scriptura. Atqui in parodi hujus parte posteriore, cujus auctor aperte expressit Homerum, nonnullis locis sine justa ratione navium numerum mutatum esse miramur. Inde Euripidem illum minorem hujus cantici auctorem esse Boeckhius suspicatur. — Haec omnia quam sint levia, sponte apparet. Nihilo secius tamen, quum mota semel suspicio esset, ab aliis quoque viris doctis de hac parodo dubitatum est. Sic Hermannus Elem. doctr. metr. p. 547. (cf. p. 725.) totam eam non esse Euripidis sed aliquanto recentioris poetae affirmavit, argumenta tamen non addidit. Accuratius in eam rem inquisivit G. Dindorfius, qui totius illius parodi tantum quatuordecim versus 164.—170. et 185.—191., Euripidis esse judicavit. Sic enim ille ad versum fabulae 164.: „Χόρος. Chorum non ex mulieribus nuptis, quas nihil causae erat cur introduceret poeta, sed ex virginibus esse compositum, plus uno in loco manifeste prodidit Euripides: quod non videtur animadvertisse recentior poeta qui ἁμέτεροι πόσεις scripsit v. 176.“ et ad versus 164.—302.: „In longo hoc carmine chori quatuordecim tantum versus sunt qui poesin dictionemque referant Euripideam, similes Phoenissarum virginum parodo 202. sqq.; reliqua omnia ab recentiore poeta sunt adjecta, diligenter imitato quae in catalogo navium tradidit Homerus. Quod de extrema carminis parte 231.—302. animadvertit Hermannus. Quattuordecim autem illi quos dicebam versus hi sunt in sex versus digerendi,

ἔμολον ἀμφὶ παρακτίαν ψάμαθον Αὐλίδος ἐναλίας
Εὐρίπου διὰ χευμάτων κέλσασα στενόπορθμον
Χαλκίδα, πόλιν ἐμὰν, προλιποῖσ᾽, ἀγχιάλων ὑδάτων
τροφὸν τᾶς κλεινᾶς Ἀφροδίτας.

quibus respondent,

πολύθυτον δὲ δι᾽ ἄλσος Ἀρτέμιδος ἤλυθον ὀρομένα,
φοινίσσουσα παρῇδ᾽ ἐμὰν αἰσχύνᾳ νεοθαλεῖ
ἀσπίδος ἔρυμα καὶ κλισίας ὁπλοφόρους Δαναῶν
θέλουσ᾽ ἵππων τ᾽ ὄχλον ἰδέσθαι.

Inepte haec interpellantur versibus 171.—184. quibus anticipantur quae infra demum et suo quidem loco dixit Euripides vss. 189.—191. Ceterum non puto Euripidem parodum paucis illis quos modo apposui versibus absolvere voluisse, sed plura additurum fuisse, si fabulam perfecisset.“ De auctore autem versuum spuriorum sic judicat vir doctus[22]): „Eidem poetae (sc. qui inseruit versus 49.—116., sive is Euripides minor sive alius fuit) fortasse tribuendae sunt interpolationes parodi, cujus paucos tantum versus illos, de quibus diximus in annotatione ad versum 164., absolvisse videtur Euripides.“ Vides igitur, satis antiquos videri Dindorfio versus interpolatos, ut fortasse, si Iphigeniam Aulidensem ab Euripide minore in scenam commissam esse ei persuaderemus, eos jam eo tempore a poeta illo insertos esse concederet. Ceterum quum in ejus sententia multa sine dubio acutissime sint perspecta, priusquam accuratius eam examinemus, reliqui viri docti quid de hac parodo censuerint, audiamus. Longe aliter igitur Hermannus in editionis suae praefatione (pgg. 14., 15.) de hac parodo judicavit: „Nam, nisi egregie fallor, pars parodi ea, quae praecipuum in hac causa momentum habet, neque a majore neque a minore Euripide, sed ab illo qui finem fabulae scripsit interpolatore est profecta. Id in Elementis doctr. metr. p. 547. et 725. obiter, incautius

[21]) De trag. Graec. principp. cap. XIX.
[22]) l. l. pag. 441., ann. c. ex.

tamen totam parodum dicens, significavi. Nam in priore parte nihil est quod offendat lectorem nisi forte crebrior usus articuli, de quo infra dicam. — — — At quam his dissimilia sunt, quae a v. 227. sunt adjecta. Quae quid aliud continent quam jejunam relationem numeri navium quique iis praefuere ducum, decerptam fere ex Homero, omni carentem vigore poetico, verbis expressam frigidissimis, genere dicendi scriptam vix in oratione prosa ferendo, denique non vacuam indiciis ignorati Atticismi. Nam ne alia afferam, quis vel prosae orationis scriptor articulo utatur in his v. 229., τὰν γυναικεῖον ὄψιν ὀμμάτων ὡς πλήσαι, et v. 249. τῶν Βοιωτῶν δ᾽ ὅπλισμα, quanquam hoc quidem in dubitationem vocari potest; aut quis Atticus dicat, quod v. 263. legitur, ἠθροϊσμένους, non illud comparandum cum ἠϊθέων, quod Marklandus restituit v. 171. Quod si quis singula perpendat, vix dubitaturum puto, quin strophae istae additamentum sint hominis et a poesi valde alieni et multo Euripide recentioris, qui, quae perverso judicio deesse existimabat, de suo adjecerit, non videns, tantum abesse ut desideretur quidquam, ut pannos, quales ipse assuit, etiam moleste ferre lectores debeant. Ex his igitur strophis si promuntur argumenta, quibus correctio fabulae Euripideae adscribatur minori Euripidi, qui recensionem fecerit Homeri, certe hic non poterit ille esse, qui majorem Euripidem vel patrem vel patruum habuit. Nam ille quo tempore vivebat, non tulissent Athenienses chorum, qui tam miseros tamque inscite factos versus funderet.“ — Gravem oblocutorem Hermannus ut in multis sic in hoc quoque nactus est Gruppium[23]), cujus reprehensiones si infra apposuerimus de refutatione securi esse possumus. Eo libentius Hermanno assensus est Hartungus ad fabulae versum suae editionis 222. (231. Nck.): „Qui deinceps sequitur navium catalogus, eum ab interpolatore confectum esse plurimis firmissimisque argumentis docuit Hermannus: sufficiebat autem unum, quo uti ille noluit, quod addito eo catalogo duo cantica cum singulis epodis, quae sint pro chori parodo, efficiuntur, id quod ab Euripidis consuetudine plane abhorret. Nihil autem aliud egit homo vecors, qui haecce composuit, quam ducum nomina naviumque numerum ex secunda Iliadis rhapsodia descripsit et navium quaedam insignia ipse excogitavit sqq.“ et praef. pagg. 73: „— ut — nihil aliud ageret quam Euripidis verba immutaret et quae scripta de eadem materia vel ab eodem vel ab Homero aliisque usquam reperiret, arcessita retractataque coeca temeritate in Iphigeniam Aulidensem intruderet. Est enim hoc proprium hujus versificatoris, ut ne levissimam quidem rem ipse excogitaverit, sed aliunde mutuatus sit quidquid sententiarum versibus inclusit homo ad cogitandum hebetissimus. Velut in navium catalogo Homerum — — secutus est.“ — Alterum exemplum, ubi eodem modo versificator ille expresserit Homerum, Hartungus affert fabulae vss. 959., 960.

οὐ τῶν γάμων ἕκατι, μυρίαι κόραι
θηρῶσι λέκτρον τοὐμὸν, εἴρηται τόδε,

compositos illos ad Hom. Il. IX. vss. 395.—397. — Zirndorfer denique cum Hermanno putat, hanc parodi partem ab interpolatore adjectam esse, nimirum ab eo, qui duas tragoedias commiscuerit, unde ejus rei argumentum petit, quod grammaticum illum, ubi connexus hoc ei postulare videbatur, etiam de suo nonnulla addidisse monuit.

Horum omnium maxime mihi sententiam suam probavit Dindorfius. Primum enim hic recte jam priorem parodi partem interpolatam esse judicavit: quis enim quum legat ipsius hujus parodi verba φοινίσσουσα παρῇδ᾽ ἐμὰν αἰσχύνᾳ νεοθαλεῖ (vss. 187., 188.), quis quum legat canticum illud vss. 542.—557., et Clytaemnestrae illud ὑμεῖς δὲ νεάνιδές νιν ἀγκάλαις ἔπι δέξασθε — (vs. 615.): quin ex virginibus hunc chorum constare voluerit Euripides, dubitaverit? Quanquam hanc quidem dubitationem κάσεις pro πόσεις scribendo facile tolli posse quispiam suspicetur. Alterum autem illud quod anticipari dicit versibus 111.—184. ea, quae postea demum et suo quidem loco posuerit Euripides

[23]) Ariadn. pag. 466. „Jetzt folgt der herrliche Chorgesang, den nur Hermann als ungehörig tadeln konnte, den man aber schon aus Schillers sehr wohlgelungener Uebersetzung lieb gewonnen haben muss. — Man bekommt einen Begriff von der Grösse des Heeres und also auch der Sache, um die es sich handelt — —.“ 484. „Ihr seht, welch ein Heer und wie viele Fürsten hier vergeblich auf Abfahrt harren (dies erklärt eben die poetische Nothwendigkeit des ersten Chors)“.

versibus 189.—191., ita comparatum est, ut, quomodo refutari possit, non videam. Posteriorem autem parodi partem inde a versu 231. ipse quoque Euripide majore indignam judico: non enim tam egenus sententiarum hic poeta, ut ab Homero, quibus compleret parodum suam, deberet petere: minorem autem Euripidem, cui non id erat propositum, ut perfectum elaboraret artificium, sed ut patrui fabulam quam celerrime in scenam committeret, ad Homerum confugisse, unde quae deerant commode suppleret, satis mihi verisimile videtur. Quod autem Hermannum potissimum offendit dicendi genus, miror eum totius hujus parodi conditionis esse oblitum. Licet enim a pessimo vel monacho vel Grammatico hanc parodum statuamus compositam esse, tamen hujus quoque operam misera corruptela obrutam et depravatam esse concedendum erit: compares modo, quae sagacissime ipse Hermannus commentatus est de ultima parodi parte, inde a v. 277. *᾿Ενιάνων δὲ δωδεκάστολοι.* Huic ipsi igitur corruptelae et pravis quibusdam ejus sublevandae conatibus imputanda sunt illa ignorati Atticissimi indicia. Hermannum autem de hac parodo tam severe judicare, eo magis mirandum, quum de simillimo loco (vss. 642. sqq.) prudentissime et verissime sic judicaverit[24]): „Quae quum ita sint, quis malit vitia, quae sunt in illis anapaestis, ei qui eos scripsit, quam librariis et praeter hos metrorum correctoribus tribuere?" Hartungi autem illud de duplici parodi epodo facile vides nihil valere, si totius parodi forma profecta est a minore Euripide.

De parodo igitur illa sic statuo: primum eam esse adeo corruptam partim a librariis partim a metricis, ut orationis formam, qualem voluit is qui scripsit, vix agnoscamus: deinde diversas duas manus cognosci in priore ejus parte, unam Euripidis, alteram recentioris alicujus poetae, qui justae parodi absolvendae cupidus addidit quaedam, quae non satis apta sunt illi loco: porro ejusdem poetae recentioris, qui Homerum potissimum expresserit, totam esse posteriorem parodi partem: denique poetam illum, absolvendae fabulae tam cupidum, fuisse eum, qui testibus veteribus Iphigeniam Aulidensem mortuo Euripide docuit, Euripidem minorem.

Unum jam restat argumentum, quo Boeckhius duplicem fuisse Iphigeniae Aulidensis recensionem vult demonstrare, petitum illud ex Iphigenia potissimum Taurica, quam necessario post Aulidensem demum ab Euripide compositam et doctam esse existimat. Inde, quum Taurica sine dubio docta sit ante Ranas, illa autem, de qua luculenter scholiasta, Iphigeniae Aulidensis editio non minus certo post Ranas facta sit, sine dubio bis Iphigeniam Aulidensem Athenis doctam esse efficeretur. Sic enim Boeckhius[25]) (l. l. cap. XVII.): „Haud dubium est, quin Aulidensis docta sit ante Tauricam, ut ante est scripta, ante animo concepta: hoc nisi esset, Euripides contra naturam docuisset, scripsisset, cogitasset: et ut fecerit hoc saepius, etsi eum non tam temere tam sinistrum dixerim, certe hic non fecit, quoniam in Taurica loci reperiuntur respectu Aulidensis compositi, ut ante et scriptae et actae etc." (sequuntur hi loci addito etiam ex Andromache vs. 625., quo respiciantur eae partes, quas Euripides litiganti cum fratre Menelao dederit Iph. A. vss. 316. sqq. impr. vs. 389.). Quae omnia Matthiaeus recte refutavit l. l. pagg. 324., 325.; etenim neque illi loci ita comparati sunt, ut aliquid inde possit demonstrari, et generalis illa sententia falsissima est, quae fortasse vera esset, si totam illam de Iphigenia Taurica fabulam ab Euripide demum inventam esse constaret.

His expositis tandem aliquando a Boeckhio et a tota illa duplicis Iphigeniae Aulidensis recensionis suspicione discedamus: nam quod novum hujus sententiae Gruppius et Zirndorfer ex scholiasta Ran. 67. petiverunt argumentum, prior ita, ut ex adverbio *ὁμωνύμως* Iphigeniam Aulidensem n u l l a p a r t e m u t a t a m a minore Euripide repetitam esse colligeret, alter ita ut ex eodem hoc adverbio patrui fabulam a minore Euripide v a l d e m u t a t a m esse ratio-

24) Ed. praef. pag. 30. sqq.

25) Astipulatores habuit Gruppium (Ariadn. pag. 535.: „Da überdies anzunehmen ist, dass er die aulische werde vor der taurischen gedichtet haben.") et Greverum (Eurip. Iph. in Aul., besonders in aesthet. Hinsicht. Oldenburg 1837. pag. 9. „Rühren beide Iphigenien vom Euripides her, so wird schon desshalb die aulische vorangegangen sein, weil der Dichter in Tetralogieen zu kämpfen gewohnt war. Höchst wahrscheinlich gehörten beide Stücke nämlich einer und derselben Trilogie an, von welcher das letztere oder mittlere Stück verloren gegangen ist" — contra quae recte disputavit Firnhaber editionis suae pagg. XLV. et 279.).

cinaretur: hoc quale sit, si scholiastae testimonium accuratius contemplabimur[26]), facile cognoscetur.

Jam igitur in percensendis virorum doctorum de hac tragodia sententiis pervenimus ad Ric. Porsonum, qui longe recedens a superioribus illis prorsus aliam fabulae partem, exodum, in suspicionem vocavit. Sic enim Porsonus in praef. Hec. pag. 21.: „Nec quicquam mea refert: quippe qui persuasus sim, totam eam scenam abusque versu 1541. spuriam esse, et a recentiori quodam, nescio quando, certe post Aeliani tempora suppositam." Eandem sententiam quanquam pluribus ejusdem praefationis locis profitetur (pagg. XIX., XXII., XXVIII., cf. ad Or. vs. 1338.), nequaquam tamen de hoc interpolatore tam inique censet, ut omnia hujus exodi vitia ei velit imputare; immo nonnullis locis emendationem adhibuit nobis non contemnendam. Dolendum est, non exsolvisse virum egregium, quod pollicetur ejusdem praefationis pag. XXII.: „Verum si totus locus saeculi recentioris est, medicina fit mortuo. De quo latius agam, si quando fabulam istam edendam curabo." Tamen sententiae illius causam fuisse praeter metrica fortasse vitia fragmentum illud Aeliani, ex verbis Porsoni supra laudatis „certe post Aeliani tempora suppositam" haud injuria suspiceris. Primus igitur Porsonus verba ab Aeliano citata:

῎Ελαφον δ᾿ ᾿Αχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις
κεροῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν
σφάζειν θυγατέρα . . .

ex Iphigeniae non prologo sed exodo deprompta esse videtur censuisse.

Porsoni hanc rationem accuratius executus est Bremius ita, ut metricis potissimum qui laborarent vitiis versus accurate enumeraret, additis etiam, quae in dicendi genere proderent interpolationem[27]). Aeliani autem illud fragmentum, cui locus non esset in prologo, lectum ab eo esse in exitu fabulae loco ejus, quam nunc haberemus spuriae exodi. Nec tamen ipsam illam, qua Diana in scenam prodiit, fabulae exodum genuinam, sed Iphigeniae discessum finem fuisse tragoediae. — Quorum quod ultimo loco posui, virorum doctorum, quod sciam, nemini Bremius persuasit: recte enim Matthiaeus[28]): „Hoc vero assentiri non possum Bremio, quod ne opus quidem fuisse tali epilogo censet; nam quae pag. 154. disputat, ad nostrum quidem vel morem vel sensum vera sunt, Graecis autem non satis erat, significari eventum rei, sed ipsum coram videre vel ex iis, qui aderant, audire volebant." Quod autem versus illos ab Aeliano citatos ex genuino hujus fabulae exitu depromptos esse Porsonus judicavit, aut certe videtur judicare, quanquam Hermannus et Hartungus cupidissime arripuerunt, idem Matthiaeus[29]) et G. Dindorfio[30]) et mihi rectissime videtur sic refutare: „Deorum enim interventu nusquam Euripides utitur, nisi ubi d i g n u s v i n d i c e n o d u s i n c i d i t, et fabula non nisi divina ope ad exitum perduci potest. Hic vero quis dignus vindice nodus incidit?" — Deinde ut concedatur, institutum ita ab Euripide esse, ut dea ipsa, quid eventurum esset, praediceret, concedendum sane est Bremio satis jejunam esse et poesi minime aptam hanc consolandae matris rationem, ita ut profecto interpolator melius quam ipse Euripides quid deceat poetam, videatur intellexisse[31]). Nec ipsi Hermanno credendum est de hac re ita judicanti[32]): „Hucusque genuina Euripidis. Patet nihil reliquum esse nisi ipsum sacrificium. Id

26) Cf. hujus libelli pag. 19. sqq.

27) Philologische Beiträge aus der Schweiz Bd. I., S. 149. sqq.

28) l. l. ad vs. 1508., pag. 407.

29) l. l. pag. 321.

30) l. l. pag. 439. ann. a. „Egregie haec contra Musgravium et Porsonum disputavit Matthiae rectissimeque monuit versus illos ab Aeliano citatos in prologo genuinae fabulae Euripidis non magis potuisse locum habere quam post carmen chori v. 1531."

31) Rectissime Gruppius Ariadn. p. 513. „Geht man dagegen den für unächt erklärten Schluss durch, so lässt sich das durchaus Passende und sehr Poetische gar nicht läugnen."

32) Ed. praef. pag. 27.

quum in scena peragi mos vetaret, verbis exponi ab aliquo debebat. Poterat autem aut peractum enarrari ab nuncio aut quemadmodum eventurum esset praedici ab dea. Horum posterius Euripidi placuisse ex Aeliano cognovimus, neque obscurum esse potest, cur id praetulerit. Nam si nuncius rem referret, nihil ille, nisi quod actum erat, poterat enarrare. Ita acciperemus, per miraculum Iphigenia e conspectu ablata cervam ad aram jacuisse, nesciremus autem quid factum esset virgine: id quod prorsus a more et lege Graecae tragoediae abhorret." Disputavit contra haec Gruppius Ariadn. pagg. 511.—513. Mihi quae videntur respondenda esse haec sunt: nequaquam Euripidis inter. erat comperire spectatores hoc fabulae suae exitu, quid factum aut futurum esset virgine: id enim sciebant quum ex fabulis tum e Taurica, quae ante edita erat, Iphigenia: multum autem ejus intererat talem in re simili adhiberi narrationem, quali usus erat antea in Hecuba, qua quomodo commoverentur spectatorum animi re expertus erat[33]). Assentiendum igitur Matthiaeo de tota hac quaestione ita judicanti: „Quocirca valde vereor, ne versus ab Aeliano citati alius potius sint quam Euripidis[34])". Falluntur igitur, qui ex hoc fragmento aliquid posse de interpolatione exodi concludi opinantur.

Verum ut tandem certi aliquid de illo fragmento statuamus, quod neque in initio neque in exitu fabulae aptum locum habere intelleximus, num errasse Aelianum, quum diserte scriberet ὁ δὲ Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ, credamus? Minime hoc placet, praesertim quum illo Aeliani loco opponatur Euripides Sophilli filio Sophocli. Quem quidem nodum ingeniose sane Zirndorfer[35]) ita solvere est conatus, ut fragmentum illud diceret ex majoris Euripidis Iphigenia petitum esse: in hac enim fabula tam ferocem fuisse Achillis indolem, ut ille nisi dea jubente virginem mactari passus non esset: qui autem nunc legitur fabulae exitus, eum ex minoris Euripidis Iphigenia statuebat a grammatico aliquo in majoris fabulam, cujus interciderat exodus, translatum esse. Acutius tamen quam verius haec sunt dicta. Primum enim de duabus Iphigeniis valde inter se diversis, quarum una majorem altera minorem Euripidem auctorem habeat, quae omnia ille ex uno adverbio ὁμωνύμως colligit, nihil constat, qua de re infra accuratius agetur[36]). Deinde vero „confusio illa duorum Achillum, nimirum mitis et iracundi," ex qua insigne ille sententiae suae argumentum petit, nulla est, si quidem opinio illa paucis tantum versibus aperte spuriis potest defendi. Propius ad verum mihi G. Dindorfius videtur accessisse, ex spurio censens fabulae nostrae aut prologo aut exitu hos versus decerptos esse. Ac de exitu quidem nobis non licet cogitare, qui scholiastae, hanc fabulam ab Euripide minore publice Athenis doctam esse credamus: nam hac publica editione textus tragoediae a tam foeda interpolatione videtur munitus esse: G. Dindorfio, qui totum illud testimonium suo quidem periculo contempsit, dubitare licuit. Omissa igitur illa dubitatione nos sic statuimus: Euripidis fabulas non solum Athenis sed in aliis etiam Graeciae Asiaeque urbibus constat doctas esse. Jam quum ipsis Athenis, doctissima Graeciae urbe, fabulas tam mediocriter tenerent spectatores, ut Euripides ob id ipsum prologos suos videatur instituisse, quanto magis in reliquis urbibus talibus prologis opus fuisse credendum est! Atqui si docenda erat Iphigenia Aulidensis, desiderabatur prologus. Versus enim fabulae 49.—114. his theatris nequaquam sufficiebant. Quid faciendum? Periclitabatur vel dux gregis vel histrio aliquis poetico ingenio non prorsus destitutus et peculiari prologo spectatoribus totam fabulam utcunque exponebat. Qui quidem prologus in eo, quo Aelianus utebatur, exemplo casu resedit.

Sed redeamus ad exodum fabulae! Quam quum totam damnasset Bremius, Matthiaeus, quippe qui illam de Aeliani versibus sententiam inanem esse intellexisset, versus 1532.—1558. praeter unum versum 1556. satis bonos et antiquo poeta dignos esse contendit, idque etiam Dindorfio persuasit. Contra Hermannus et Hartungus, in fragmento illo veram agnoscens uterque tragoediae exodum, hos quoque versus cum Porsono et Bremio abjecerunt. Versus autem 1559.—1629. illi

[33]) Cf. Firnhaber. Die Verdächtigungen Euripideischer Verse. Leipzig 1840. prooem. pag. 15. sqq.

[34]) l. l. pag. 322.

[35]) De chronologia fabb. Eur. pag. 99. sqq., impr. pag. 102.

[36]) Cf. hujus libelli pag. 19. sqq.

omnes uno ore ab Euripide alienissimos et a poeta longe recentiore compositos esse judicant. Quod ut comprobarent, quaecunque vel metris vel grammaticae vel solito dicendi generi viderentur repugnare, diligenter investigaverunt: quae omnia ego partim ad minorem Euripidem partim ad metricum, qui fabulae misere turbatae et corruptae versus suo modo restituit, partim ad librarios referenda existimo: quo de loco accuratius altera hujus libelli parte agetur. Quod vero totam illam nuntii narrationem queruntur ad similitudinem ejus, quae legitur Hec. vss. 518.—582., compositam esse: talem similitudinem vel sui ipsius imitationem vel maxime propriam esse artis Euripideae luculenter ostendit Firnhaber l. s. prooemio. Non igitur ipsa per se imitatio, sed, si quid inest in ejusmodi locis perversi et inepti, interpolationis suspicionem debet movere. — At hoc ipsum huic narrationi exprobratur. Inepte enim, inquiunt, pronuntiatur ab Iphigenia vs. 1559. πρὸς ταῦτα μὴ ψαύσῃ τις Ἀργείων ἐμοῦ· σιγῇ παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως, compositus ille ad ea, quae suae sane conditioni aptissima eloquitur Polyxena Hec. vss. 549., 549. ἑκοῦσα θνήσκω· μήτις ἅψηται χροὸς τοὐμοῦ· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως. Audi Matthiaeum: „sed ibi hoc petit Polyxena, quia voluntariam se et liberam mori velle profitetur, hic, quia eos, victoria potitos, in patriam redire vult, an quia pro Graecia mortem obitura est? Prius ineptum, ex altero non sequitur id, quod petit." At profecto nonne ipsa quoque Iphigenia vs. 1555. dixerat θῦσαι δίδωμ' ἑκοῦσα? quo referendum est illud πρὸς ταῦτα. Dixerat autem illud ἑκοῦσα bene memor eorum, quae ex Achille audiverat vs. 1366. δηλαδὴ ξανθῆς ἐθείρης[37]). Porro rectissime accusantur vss. 1568., 1569.

ὁ παῖς δ' ὁ Πηλέως ἐν κύκλῳ βωμὸν θεᾶς
λαβὼν κανοῦν ἔθρεξε χέρνιβάς θ' ὁμοῦ,

qui tamen sine ullo totius narrationis damno omittuntur et sine dubio omittendi sunt. Idem cadit in vss. 1571.

τὸ λαμπρὸν εἱλίσσουσ' ἐν εὐφρόνῃ φάος

et 1606.

καὶ δόξαν ἔσχεν ἄφθιτον καθ' Ἑλλάδα,

ni fallor etiam in vs. 1545.

ἵν' ἦν Ἀχαιῶν σύλλογος στρατεύματος,

qui omnes quomodi irrepserint altera disputationis parte exponetur. Incusat deinde Matthiaeus vs. 1577. εἰς γῆν δ' Ἀτρεῖδαι πᾶς στρατός τ' ἔστη βλέπων, christianum jam odorans interpolatorem inde, quod non ad coelum sed in terram conversi sint Graecorum oculi. Cui rationi suffragantur Dindorfius, Hermannus, Hartungus, qui omnes, quam eximie hoc sit a poeta excogitatum, discere poterant e vss. 1580., 1581.

ἐμοὶ δέ τ' ἄλγος οὐ μικρὸν εἰσῄει φρενὶ[38])
κἄστην νενευκώς.

Dolor enim et misericordia efficit, ut humi convertantur militum asperorum oculi: qui barbari profecto fuissent, si hac occasione aliter sentire et pro sua salute precibus vacare potuissent.

Accusat denique Bremius ultima Agamemnonis verba (vss. 1621.—1627.) putatque Euripidem, si introducere hoc loco Agamemnonem vellet, facturum hoc ita fuisse, ut magnificam ille et splendidam declamaret orationem[39]). — Qua in oratione quid proferre ille debebat? Num iterum narraret, quae sciebat nota esse conjugi? ipse enim nuntium ad eam miserat (vs. 1604.). An accuratius singula, quae facta erant, exponeret? Quo quid languidius? An consolaretur Clytaemnestram? At bene hoc sensit poeta, animi humani peritissimus, nondum tam corroboratam et confirmatam esse

[37]) Monuit amicus, quod dicit virgo vss. 1555., 1556. πρὸς βωμὸν θεᾶς ἄγοντας, repugnare hoc iis, quae sequuntur, πρὸς ταῦτα μὴ ψαύσῃ τις. Hoc tamen nimium est verba premere. An si vs. 1475. cantat Iphigenia „ἄγετέ με τὰν Ἰλίου sqq.", his eam censes a choro petere, ut manibus se ad mortem ducat?

[38]) Ita hunc versum ex libris dedit Nauckius, in quo manifeste cernitur ejus, qui novissime totam fabulam recensuit, metrici opera. Invenit ille in libro suo corrupto et attrito ἐμοὶ δ' ἄλγος οὐ μικρὸν φρενὶ, quum intercidissent reliqua temporis injuria. Quae ille suo modo restituit: equidem vix dubito, quin Euripides scripserit ἐμοὶ δ' ἐγίγνετ' ἄλγος οὐ μικρὸν φρενί.

[39]) l. l. pag. 155. Assentitur, quod miror, Matthiaeus l. l. pag. 413. „Merito hanc Agamemnonis orationem ridet Bremius."

matris filia orbatae mentem, ut audire vellet amicorum solatia, id quod eximie expressit verbis Clytaemnestrae ὦ παῖ θεῶν τοῦ κλέμμα γέγονας; sqq. (vss. 1615.—1618.).

Ceterum Euripidem ipsum hanc orationem prorsus absolvisse, ne ego quidem habeo cur contendam: qui aliquot hujus tragoediae scenas ab eo inchoatas a minore demum Euripide elaboratas esse credam. — Quod autem Hartungus[40]) declamat: „Quam gravi vero causa impulsum, quam dura necessitate coactum putas Agamemnonem, ut iratam uxorem convenire neque ignominiam pudoremque vitare vellet! Scilicet domum illam redire jubet, quoniam sibi Trojam proficiscendum sit!" — hoc quam falsum sit et quam inane quisque intelligit. Barbarus enim fuisset Agamemno, quem profecto poeta patrem familias depingit minime inhumanum, si ante tantum iter uxorem eadem qua ipse afflictam calamitate videre eique valedicere detrectasset! praesertim quum illa atrocissimum scelus divinitus prohibitum esse jam compertum haberet. Et quae ignominia vitanda erat Agamemnoni, qui detecta fraude quum tamen in consilio mactandae Iphigeniae constanter perstitisset, durissima jam ab uxore audiverat? Quae, si clam matre mactata Iphigenia esset, concedenda Hartungo essent: quod tamen sapienter poeta vitavit.

Omnino igitur is, qui legitur, exitus reliquae fabulae tam mihi videtur aptus esse, ut nisi ab eodem, qui totam fabulam, poeta excogitari non potuerit: quodsi dicendi genus aliquoties minus videatur Euripideum, meminerimus Iphigeniae Aulidensis alias quoque partes a minore demum Euripide perfectas esse: aperta autem vitia ut ubique sic hic quoque librariis tribuere ne dubitemus! Permulta autem ad metricum nescio quem interpolatorem, qui fabulam foede disjectam corruptamque restituere et sanare conatus est, referenda esse infra apparebit. Quae quidem sententia confirmatur etiam, si contemplamur miras quas, qui aliter censuerunt de auctore hujus exitus, commenti sunt opiniones. Atque Hermannus[41]) quidem rem ita expedire conatur: „Habebat, opinor, interpolator ille codicem Iphigeniae, in quo vel ultimum folium deesset, vel, ut saepe factum est, scriba desisset scribere priusquam absolvisset tragoediam. Itaque ille possessor hujus libri constituit apud se tum quae in fine deessent supplere tum etiam quibusdam aliis in locis paulum amplificare, quae ipse Euripides minus enucleate scripsisse videbatur. Haec ille supplementa adscripsit illi ipsi libro, addens, delens, corrigens." Mirum profecto possessoris consilium! Quidni mutuatus est librum, ex quo, quae in suo deessent, transcriberet? Deinde, quod omnes, qui superstites sunt, codices ex uno derivatos esse apparet, unde plures eorum etiam, qui interciderunt, ex eodem descriptos fuisse conjicias, idne mero casu accidisse putabimus? Immo auctoritatem quandam oportet tributam esse huic libro (quippe quem metricus ejus aetatis fortasse peritissimus emendasset), quae unde tribueretur libro tam foede et tam aperte interpolato? — Quanquam esse video quod arrideat in Hermanni sententia, id quod etiam Zirndorferum, quum Hermanni illud ingeniosam diceret conjecturam[42]), sensisse existimo. Etenim secundum Hermannum in his ipsis duabus tragoediae partibus, exitu et parodi versibus 231.—302., tanta et tam insignis inest corruptela, ut singulare quid iis videatur accidisse. At jam ex metris, quae plerumque restituit, canticorum dissolutis cernere poterat, in tota lyrica tragoediae parte eam grassari perniciem, cui neque nos prorsus possumus mederi et metricus ille interpolator, excepta fortasse hac ipsa parodi parte, se posse mederi diffisus est: compares modo, quae de ultimi cantici (vss. 1475.—1531.) forma et ordine haud improbabiliter disputavit Hartungus. In fine autem fabulae describendo librarios negligentius versatos esse et plures admisisse errores, et per se credibile est et aliunde satis constat.

Magis etiam miramur Hartungi inventum, qui stolidum quendam et ineptum versificatorem quum in omnem hanc fabulam saeviisse tum ipsum hunc exitum composuisse excogitavit. Quum enim identidem[43]) hunc versificatorem solis versibus excudendis intentum fuisse affirmaverit,

---

[40]) Praef. pag. 87.
[41]) Ed. praef. pag. 29.
[42]) l. l. pag. 98.
[43]) Praef. pagg. 73., 76., 82.

nihilo secius aestheticis, quae dicuntur, rationibus eum, ut et initium et exitum fabulae corrumperet, adductum esse suspicatus est[44]). At profecto, si eum, quem nos legimus, exitum ille excogitavit, ineptiae certe et stultitiae criminibus prorsus erit absolvendus! Omnino Hartungus, qui multa sine dubio acutissime perspexit, in eo reprehendendus est, quod oblitus eorum, quae ipse disputavit priore praefationis suae capite, quam plurimos Iphigeniae Aulidensis interpolationes ad unum eundemque auctorem referre conatus est. Quanquam aliorum etiam in hac fabula cognosci manum, interdum reminiscitur[45]). Utinam hoc semper tenuisset! tum enim egisset illud, in quo tota haec continetur quaestio, scilicet ut varia discerneret et distineret interpolationis genera.

Zirndorferum, qui totam hanc fabulae exodum e minoris Euripidis Iphigenia in majoris fabulam a grammatico quodam judicavit translatam esse, jam supra[46]) rejecimus.

Restant Matthiaeus et Dindorfius[47]), qui, quum versus retineant 1532.—1558., reliqua eodem fere, quo nunc leguntur, modo ex ipsius Euripidis sententia decurrisse videntur existimare. Dindorfio igitur, qui nunquam Iphigeniam Aulidensem Athenis doctam esse putaret, licebat judicare „imperfectam hanc tragoediam ab Euripide relictam a recentioribus quibusdam poetis aliis aliter interpolatam[48]) esse", ita ut de hujus exitus auctore securus esse posset. Matthiaeus[49]) autem, qui justam statuit a minore Euripide Athenis doctam fabulam, facere non potuit quin epilogum illum mutilum vel truncatum esse censeret eaque, quae sequuntur v. 1558., hominis esse, qualis Sophoclis Clytaemnestram vel fragmentum Danaes procudisset. Haec primum in mera conjectura sunt posita: deinde, si quis interpolavit, minime inepte eum interpolationem suam instituisse et supra demonstravimus et, qui integro judicio quum totam fabulam tum hunc ipsum exitum perlegerit, quisque concedet.

Postquam varias virorum doctorum inde a Porsono et Bremio de exitu fabulae sententias exposuimus et ipsi, quid de eo statuendum nobis videatur, protulimus, relicto jam Bremio de reliquis viris doctis, qui sententiam de Iphigenia Aulidensi dixerunt, tradere possumus. Matthiaeus igitur, cujus de initio et exitu fabulae dubitationibus et exponendis et coercendis in superioribus operam dedimus, quum etiam de versibus 508.—510. et 627.—637. dubitaret, omnino hanc proposuit de Iphigenia Aulidensi sententiam[50]). „Haec omnia reputanti non absurda esse conjectura videbitur suspicantis, hanc fabulam, quae non vivo Euripide sed post ejus mortem demum acta sit, ab auctore imperfectam et inchoatam relictam esse, ita ut nonnulla quidem cum cura elaborata essent, alia vero secundis curis relicta, nonnulla etiam fortasse bis diverso modo scripta, quae deinde auctor retractans ea eligeret, quae maxime probaret; quae reperiri poterant, ea deinde ab Euripide minore ita coagmentata esse, ut justa fabula agi posset; quum vero vestigia inessent operae non absolutae, quae deesse viderentur, aliter ab aliis expleta esse." Qua quidem in sententia duo sunt verissima, primum, fabulam actam esse mortuo Euripide a minore Euripide, id quod constat, alterum, Euripidem majorem Iphigeniam imperfectam et inchoatam reliquisse, quod cognoscitur singulari prologi forma et diversa per totam fabulam oratione: ex his tertium fit verisimillimum, Euripidem minorem, quum docere fabulam vellet, et prologum suo more instituisse et eas scenas, quae diversi sunt coloris, addidisse, h. e., ut Matthiaei verbis utar, Euripidem minorem ea, quae inveniri poterant a patruo elaborata, ita coagmentasse, ut justa fabula agi posset. In fabula autem

---

[44]) Praef. pagg. 85., 92.
[45]) Velut praef. pagg. 82., 95.
[46]) Cf. huj. lib. pag. 12.
[47]) Non multum differt, quod profert Dind. l. l. pag. 439. ann. a: „quam si Euripides ad finem perduxisset, vix dubitari potest quin post nuntii demum narrationem de cerva Iphigeniae substituta deam ex machina fuisset producturus, quae Agamemnoni Clytaemnestraeque et explicaret miraculum illud et consolaretur parentes exponendis quos Iphigeniae in posterum tributura esset honoribus."
[48]) l. l. pag. 445.
[49]) l. l. pag. 407.
[50]) l. l. pag. 326.

quae Athenis publice docebatur vestigia infuisse operae non absolutae ita, ut deesse quaedam viderentur, minime verisimile est. Quod igitur Matthiaeus ea aliter dicit ab aliis expleta esse, non possum ei assentiri. Ceterum Matthiaei illa sententia nequaquam omnium, quas vel ipse sensit, corruptelarum causas declarat. Matthiaeus enim prologum censuit tam ineptum esse ut Athenis non possit ita actus esse: quis igitur tam inepte eum constituit? nam deesse omnino prologus certe non potuit. Exitum vero fabulae, quem prorsus insulsum judicavit vir doctissimus, neque a minore Euripide neque ab aliorum illorum, qui quae deesse videbantur supplebant, aliquo sed a tertio quodam, quem hic non significavit, perverso homine putat compositum esse.

G. Dindorfius[51]) deinde interpolationibus a Matthiaeo notatis addidit, quos spurios judicaret, versus 171.—184., 192.—302., 364., 414.—441., 466., 500.—503., 508.—510., 528.—542., 574.—626., 638., 639., 652.—655., 664., 665., 668., 669., 773.—800., 942.—974., 995., 1017.—1024., 1162., 1163., 1178.—1208., 1264.—1275., 1409.—1439. Quarum interpolationum duos potissimum videtur statuere auctores, unum satis antiquum, qui vel Euripides ille minor esse potuerit[52]), ad quem refert versus 49.—116., 192.—302.[53]), 574.—589., 590.—598., 608.—613., 773.—800., 942.—974., 1017.—1023., 1178.—1208., 1409.—1433., alterum longe recentioris aetatis, grammaticum, verbis iis gaudentem, quae Vandalicorum Turcicorumque bellorum scriptorem magis deceant quam Euripidem[54]). Ab hoc barbaro has potissimum scenas profectas esse arbitratur: „528.—542., 414.—441., 599.—606., 1264.—1275.“ Ad eundem minora quaedam, quae grammatici potissimum produnt operam, et spurium fabulae exitum inde a versu 1559. videtur referre. — Quibus interpolationibus enumeratis rectissime sic pergit vir doctissimus[55]): „Sublatis igitur his recentiorum hominum supplementis quum non solum partium quarundam cohaerentia tollatur nonnullaque paucioribus quam mos tragicorum fert versibus absolvantur sed etiam justo exitu fabula destituatur, duas hujus rei explicandae vias cogitari posse patet. Nam aut imperfectam hanc tragoediam reliquit Euripides, aut, si absoluta ab eo fuit, breviori longiorive post mortem poetae tempore fortunae quodam ludibrio satis mirabili ita est defecta, ut postrema folia plane perderentur, ex pluribus autem mediae fabulae partibus ea solum intercidérent, quibus ad conjungendas quasdam tragoediae scenas opus esset, integri vero remanerent singularum quarumque personarum sermones. Quae facile intelligitur quam sint parum verisimilia, quum praesertim interpolationes quasdam, velut vss. 49.—116. et quae primis parodi strophis sunt adjecta, ea esse aetate factas manifestum sit qua incredibile est tantam fuisse codicum penuriam ut damnum fortuita unius exemplaris jactura partum aliunde resarciri non potuerit, partesque in uno illo libro omissae ita perierint ut ne vestigium quidem ullum usquam relinqueretur.“ Hactenus omnia sine dubio sunt concedenda. Quod autem inde concludit vir doctissimus, imperfectam hanc tragoediam ab Euripide relictam a recentioribus quibusdam poetis aliis aliter interpolatam esse, primum ex ea, quam nos legimus, fabula demonstrari non potest: nam, quanquam Dindorfius duos ejus discernit interpolatores, alterum tamen in aetatem detrudit longe inferiorem: ex uno autem Aeliani fragmento hoc conjicere, audacius videtur: deinde vero testimonium illud scholiastae, qui ad Ran. v. 67. actam in scena fabulam tradit post mortem auctoris, aperte huic sententiae adversatur. Ipse hoc sensit Dindorfius. Ut tamen effugeret hanc difficultatem, Ludovicum fratrem probavit de his ita judicantem[56]): „Duabus haec rationibus expediri poterunt. Aut supplementa illa quibus tragoediam a patre non perfectam, sed adumbratam tantum, scenae aptam filius reddiderat, exciderunt vel omnia vel ex parte in exemplaribus nostris, et alia in eorum locum ab ineptissimis hominibus supposita sunt; quod mirificum plane et incredibile videtur: aut erravit scholiasta, vel qui eum descripserunt librarii, in

51) l. l. pag. 444. et Ztschrft. für Alterth., 1839. Nov.
52) l. l. pag. 441. ann. c.
53) l. l. pag. 461.
54) l. l. pag. 465.
55) l. l. pag. 444. sqq.
56) In annot. ad v. 425. Totam hanc scenam abjudicavit Euripidi: refutatur ab Hermanno.

nomine fabulae, quum Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Ταύροις dicere debuerat.“ Qua tamen in sententia multae insunt difficultates: primum, quum scholiasta loco illo haud obscure de prima loquatur trium illarum fabularum editione, in Ranis autem, ante quam mortui Euripidis nulladum fabula docta erat, aperte derideatur Iphigeniae Tauricae prologus: num Aristophanem histrionum nescio quorum exemplaribus usum esse cum G. Dindorfio statuamus? Parum hoc probabile. Deinde dilemma illud L. Dindorfii nullum est: si quidem falsa est prior pars. Rectum esset, si omnes illas Euripidis minoris interpolationes constaret intercidisse: ut nonnullae intercidérent, casu non memorabili potuit accidere. Extare autem scenas haud paucas, quas veri simile sit a minore Euripide vel aequali ejus poeta compositas esse, G. Dindorfius non uno loco profitetur. Porro autem, si quae fabulae scenae compositae sunt ab homine ineptissimo, quis dixit Dindorfio, suppositas eas esse earum scenarum loco, quas minor composuit Euripides, non earum, quas ipse major? Denique in tota Iphigenia non insunt illae quas putat Dindorfius ineptissimi hominis interpolationes: quas enim huic tribuit (vss. 414.—441., 528.—542., 599.—606., 1264.—1275., 1559. sqq.) aut nullae sunt aut minoris Euripidis. — Id unum igitur nos quidem concedere Dindorfio possumus, imperfectam ab ipso Euripide fabulam relictam esse. Acutissime deinde idem vir doctus aliquoties ejus, qui supplere haec fragmenta conatus est, antiqui interpolatoris manum agnovit. Quod vero de persona hujus interpolatoris dubitari posse, et plures, alios aliter, eundem laborem suscepisse, et multis saeculis post perversum aliquem hominem lacunas quasdam inepte resarcire conatum esse judicavit, horum nihil concedere possum viro doctissimo.

Hermanni sententiam partim in superioribus exposuimus, quam brevissime his professus est: „Haec si non improbabiliter disputasse videbimur, qua forma hodie habemus tragoediam, ea non poterit pro nova recensione haberi, sed nihil est nisi vetus tragoedia, fine truncata, cui quae deesse videbantur, aliquot post Euripidem seculis ignotus scriptor adjecit, augens ille eam paucis quoque aliis in locis aliquot versuum accessione.“ Nihil igitur Hermannus tribuit minori Euripidi, cui tamen posse aliquid tribui ex diserto scholiastae testimonio et debere nonnulla tribui ex diverso nonnullarum scenarum colore satis apparet. Quae de prologo et exitu fabulae itemque de poetico libri truncati possessore statuit vir doctissimus, supra refutavimus[57]). Rectissime autem idem aliquoties metrici cujusdam interpolatoris manum agnovit[58]).

Hartungi sententiam supra[59]) jam tetigi. Planissime eam exposuit ed. praef. pag. 76.: „Suspicor, scholasticum aliquem hominem, versibus fabricandis intentum, cum hanc fabulam pro materia tractandam sumsisset, sua partim in margine codicis partim inter lineas adscripsisse: qui codex quum postea describeretur, librarius genuina a spuriis non dignovit et modo retinens utraque modo alterutra omittens promiscue retulit.“ Quam quidem conjecturam libere fateor ita comparatam esse, ut multae fabulae difficultates facile explicentur. At quam mirum fortunae ludibrium, ex hoc tam foede depravato omnes fluxisse, qui ad nos pervenerunt, codices! Et, quam mirum scholastici illius consilium! Quanquam scio fortunae et casus nullas esse leges. Attamen si ea, quae, ut ita statueret, commovebant Hartungum, faciliore ratione possunt bene explicari, nonne hanc praeferendam esse judicabimus? Posse autem omnes illas difficultates multo facilius et verisimilius tolli, altera hujus libelli parte spero me effecturum esse. Interim hoc concedamus Hartungo acutissime ab eo quorundam locorum, velut vss. 1118.—1129. et ultimi cantici, insignem corruptionem detectam esse.

Novam in Iphigenia Aulidensi difficultatem detegere sibi visus est Zirndorfer: „Insigne denique nostrae sententiae argumentum petimus ex descriptione morum Achillis, qua in causa tam parum sibi fabula nostra constat, ut is, qui multis verbis ad taedium usque se Iphigeniam servaturum dixit, in fine etiam in illa sacrificanda alios adjuvet.“ Et: „Major enim Euripides Achillem, ut par est, maxime iracundum descripsit, qui omnibus periculis contemptis, sua vi con-

57) Cf. huj. lib. pagg. 8., 9., 14.
58) Praef. pag. 30., ann. ad vss. 1202., 1216., 1575.
59) Cf. huj. lib. pag. 14.

fidens, ad Iphigeniam servandam promptum se praebet; minor Euripides maxime placidum eum finxit, partim quia nova proferre voluit, partim fortasse, quia putavit, Achillis moribus non convenire, si promissis suis non staret, quum ejus mortem prohibere non posset; ineptus grammaticus diversissima commiscuit[60])." Haec omnia recta esse tum demum poterunt, si et a majore et a minore Euripide Iphigeniam Aulidensem scriptam fuisse constabit. Statuit hoc Zirndorfer. Sed unde habet? Nimirum ex una vocula, quae legitur in scholiastae annotatione ad Ran. v. 67: „οὕτω δὲ καὶ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας." Etenim, et celebrem Euripidem Iphigeniam Aulidensem docuisse, et eam minoris Euripidis, de qua aperte scholiasta, tragoediam non eandem ac prioris fuisse: haec duo ex vi adverbii ὁμωνύμως apparere ei videntur[61]). „Hoc enim", inquit, „h. l. nihil aliud significare potest, nisi sub eodem nomine minorem Euripidem hanc fabulam docuisse, sub quo priorem, h. e. et celebris Euripidis et minoris tragoediam nomine Iphigeniae Aulidensis inscriptam fuisse, unde quod primo loco posui probatur, nimirum majorem quoque Euripidem Iphigeniam Aulidensem docuisse: praeterea autem ex vi hujus verbi ὁμωνύμως apparet, non prorsus eandem fabulam minoris et majoris fuisse; nam si solum repetiisset et iterum docuisset minor Euripides majoris tragoediam, non esset cur in didascaliis additum esset ὁμωνύμως, quum tum non mirum esset et per se pateret, eum ut omnia alia sic nomen quoque retinuisse." — Haec de adverbio ὁμωνύμως quaestio tam difficilis et implicata est, ut, priusquam de Zirndorfero judicemus, alii viri docti quid statuerint audiendum videatur. Boeckhius igitur, quia in sua de Iphigenia Aulidensi sententia nulla prorsus videbatur vis esse hujus adverbii, ὁμώνυμον scribendum esse judicabat. Quam mutationem simplicissime refutavit Hermannus: „at id certe τὸν ὁμώνυμον scribi debebat: et tamen non eo, quo conveniebat, loco haec verba erunt posita[62])." — Haec tam aperta sunt, ut etiam Gruppio probentur, qui, quum assentiatur Boeckhio de duplici Iphigeniae Euripideae editione, aliam jam commentus est adverbii illius interpretationem. Repetitas enim dicit Athenis esse post mortem Euripidis praestantissimas poetae fabulas sine dubio ita, ut nihil in iis mutaretur. Id ipsum autem, nihil mutatum esse in fabula Euripidea, significari adverbio ὁμωνύμως: etenim earum fabularum, quae mutatae repeterentur, etiam titulos mutare morem fuisse[63]). Haec quantopere vacillent quis non intelligit? Quam enim ponit praestantissimarum fabularum post poetae mortem repetitionem, valde ea sapit nostrorum scenicorum consuetudinem: veteres tale quid vel in Aeschylo vel in Sophocle vel in ullo alio poeta instituisse nusquam traditur. Deinde nequaquam constat legem fuisse veteribus fabularum mutatarum etiam titulos mutare. Denique si hoc constaret, mira prorsus et artificiosa esset translatio, qua effectus, mutatio tituli, quae est res longe secundaria, poneretur pro causa, mutatione ipsius fabulae, in qua summa posita est rei. Vereor igitur ne admodum paucis sententiam suam probare Gruppius possit. — Aliam eamque simplicissimam sententiam dixit Hermannus ed. praef. pag. 13.: „Servandum vero ὁμωνύμως jungendumque cum δεδιδαχέναι: nam sub eodem nomine docuisse has fabulas filium Euripidis dicit. Id ille si fecit, aut suas docuit, aut patris tragoedias Si suas haec Iphigenia non secunda, sed prima, sive, ut rectius dicam, unica, cujus notionem habeamus; sin patris, ne sic quidem cogimur hanc pro secunda editione habere." Quae Hermanni verba mirum est quantum trepidationis moverint Zirndorfero, qui libri sui pag. 92. haec pronuntiat: „— quod tamen inde colligit, ut ingenue fatear, non satis intelligo. Sic enim Hermannus: — (sequuntur verba supra citata) — Vellem accuratius vir summus sententiam suam declarasset. Nam quaenam esset vis verbi ὁμωνύμως, si primus minor Euripides Iphigeniam docuisset? Et quomodo ex hoc scholio sequitur, si suas fabulas minor Euripides docuisset, hanc Iphigeniam unicam, cujus notitiam habeamus, esse, quum jam ea ex re, quod sub eodem nomine, quo pater, Iphigeniam docuisse dicitur, patrem quoque Iphigeniam docuisse appareat?" — Sane ille non intellexit Hermannum: at poterat intelligere, si parum pervellet ejus, quam, ut

[61]) l. l. pag. 91.
[62]) Praef. pag. 13.
[63]) Ariadn. pag. 532.

videtur, insciens et imprudens de significatione adverbii ὁμωνύμως animo concepit, opinionis oblivisci. Semper enim Zirndorfer hoc adverbium refert ad titulum fabulae, quum Hermannus referat ad nomen poetae. Uter melius, posthac: nunc quemadmodum ea, quae dixit Hermannus, inter se apta sint et conclusa, sodes intellige. Secundum Hermannum igitur scholiasta tale quid inveniebat apud didascaliarum auctores: Ἄρχων . . . . . (ex archontis nomine et anno apparebat, fabulam non posse a majore Euripide editam esse, si quidem tum jam mortuo) . . . . Εὐριπίδου Ἰφιγένεια ἡ ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίων, Βάκχαι etc. Jam scholiasta noster, ex archontis nomine non posse has fabulas ab Euripide Mnesarchida doctas esse intelligens et aliarum fortasse narrationum memor, simpliciter scripsit, post mortem Euripidis Iphigeniam doctam esse a filio ejus apposito eodem Euripidis nomine. Hoc „eodem nomine" autem pertinet ad verba τελευτήσαντος Εὐριπίδου, ita ut ex hoc scholio ne id quidem queat cognosci, num illi filio nomen fuerit Euripidi. Nam filius ille fabulam docere Εὐριπίδου Ἰφιγένειαν poterat aut, quia patris ea erat Euripidis, aut quia ipsi erat nomen Euripidi. Utrumque tum conjunctum fuisse, aliunde colligendum est: prius illud, filium tum docuisse patris fabulas, ipse certe scholiasta putabat: alioquin haec non adnotasset ad versus Aristophanis:

τοσουτοσὶ τοίνυν με δαρδάπτει πόθος
Εὐριπίδου· — καὶ ταῦτα τοῦ τεθνηκότος;

alterum autem, ei filio, qui patris docuit aliquas fabulas, nomen fuisse Euripidi aliorum testimoniis satis constat. Vides igitur Hermanni illa rectissima esse: nam si tum Euripides minor suam docuit Iphigeniam, haec ipsa, quam nos legimus, minoris Euripidis habenda erit tragoedia: nec enim Euripidem majorem composuisse Iphigeniam Aulidensem usquam traditur: sin patris tum docuit filius fabulam, num debebat haec secunda editio esse, quum etiam fabulam, quam pater nondum ediderat, posset docere? — Contra, si probamus Zirndorferi interpolationem, qua adverbium ὁμωνύμως refertur ad titulum fabulae, res longe aliter se habet. Tum enim sine dubio inde sequuntur, quae conclusit Zirndorfer pag. 91.: „ex quo testimonio tria, ni fallor, clarissime prodeunt: primum quidem celebrem Euripidem Iphigeniam Aulidensem docuisse, deinde minorem Euripidem itidem Iphigeniam Aulidensem docuisse, denique hanc minoris Euripidis tragoediam non eandem ac prioris fuisse." — At hanc esse adverbii ὁμωνύμως significationem nunquam equidem concesserim. Primum enim satis artificiose et obscure scholiasta posuisset ὁμωνύμως, ut lector inde, argumentum fabularum valde mutatum esse, conjiceret. Deinde si scholiasta ὁμωνύμως vellet referri ad titulos fabularum, debebat addere τοῖς ἐκείνου δράμασι vel simile quid: sic enim nemo statim, quid voluerit ille, suspicatur. Dubitaverim praeterca, num ipsum illud δρᾶμα ὁμώνυμον significet fabulam, cui idem, qui alteri, inscriptus est titulus: nam ὄνομα usurpari ita, ut simpliciter significet titulum fabulae, apud Stephanum non invenio, et quod legitur in vita Euripidis ab Elmslejo ante Bacchas edita „καὶ χαριζόμενος αὐτῷ (τῷ Ἀρχελάῳ) δρᾶμα ὁμωνύμως ἔγραψε," tamen paulo aliter dictum esse videtur: est enim „scripsit fabulam, cui nomen regis tituli loco praefixit." — Maxime denique haec mihi Zirndorferi sententiam videntur refellere: ex additamento ἐν ἄστει tres illas fabulas una ab Euripide minore doctas esse apparet: item adverbium ὁμωνύμως quum ad omnes tres pertineat, si probamus Zirndorferi interpolationem, omnes tres fabulae illae haud leviter ab eo mutatae erant: jam vero sive singulas illas fabulas sive una docuerat major Euripides, si nunc deinceps sub iisdem titulis, satis tamen mutatae, Iphigenia, Bacchae, Alcmaeo edebantur a filio Euripide, quid aliud quaeso in hac re cernere Athenienses poterant quam acerbam, quam filius satis impie contra patrem exercuit, criticam: acerbissimam vero, si, quod putat Zirndorfer[64]), jam pater Euripides has fabulas trilogia conjunxerat? Huc accedit, quod, si scholiasta illo adverbio has tres fabulas ab Euripide minore valde mutatas esse vellet significare, nesciremus cur hanc notitiam adderet versui, quo Athenienses propter desiderium Euripidis et fabularum vere Euripidearum irridentur. Abjecta igitur Zirndorferi interpretatione assentiamur Hermanno, adverbium illud ad poetae nomen referentes.

[64]) l. l. pag. 107. „nobis vero de priore editione dicendum est, atque etiam hic easdem fabulas a majore Euripide trilogia conjunctas fuisse maxime verisimile est."

Confecta hac de adverbio ὁμωνύμως disputatione vereor, ne unicum concidat, quo Zirndorfer sententiam suam fulcire possit, argumentum. Nunc enim totum illud, duas, et majoris et minoris Euripidis, satis diversas fuisse fabulas, Iphigeniae nomine inscriptas, in mera conjectura est positum. Sequitur, ut in iis, quae profert Zirndorfer de „duorum Achillum" confusione, eo cautius versari debeamus. Jam vero, quod dicit Achillem in fine tragoediae alios adjuvare in Iphigenia sacrificanda, nititur hoc duobus versibus insulsissimis et aperte spuriis. In reliquis autem optime sibi constant Achillis mores, et, si quae offendunt in ejus orationibus velut vss. 920.—923., longe aliam ea et faciliorem habent explicationem. — Quae quum ita sint, totam Zirndorferi sententiam[65]), „revera Iphigeniam Aulidensem ab Euripide ipso compositam esse, deinde autem post ejus mortem a minore Euripide, sive illius fabulam multis in rebus mutavit, sive plane novam fecerit, idem argumentum tragoedia tractatum esse, tandem posteriore tempore et certe quidem post Aelianum, quum celebris Euripidis fabula casu mutilata et detruncata esset, a grammatico aliquo eoque non nimis docto et erudito hujus tragoediam ex minoris Euripidis tragoedia, quam etiam integram habuerit, suppletam et resartam esse, sed ita quidem, ut ubi connexus hoc postulare videretur, etiam de suo nonnulla adderet, et nos quidem nunc habeamus tragoediam ex duabus compositam et a grammatico interpolatam", totam hanc, inquam, sententiam prorsus abjiciendam esse censeo.

His igitur tot virorum doctorum de Iphigeniae Aulidensis auctore et fatis sententiis examinatis, cum nullam apparuerit ita comparatam esse, ut acquiescere in ea liceat[66]), transire jam ad alteram possem disputationis partem, qua, quid de fabula statuendum sit, ex ipsius conditione coner excutere. Sed priusquam ad has interiores quodammodo quaestiones accedam, externis testimoniis quid constet de hac re constituendum videtur. Iphigeniam Aulidensem ab Euripide minore doctam esse Athenis patre mortuo, constat, si comparamus quod nonnulli narrant, hunc Euripidem nonnullas docuisse patris tragoedias, cum scholiastae ad vs. Ran. 67. annotatione: neque enim est, cur scholiastae cum Dindorfio fidem denegemus et, si facimus, incurrimus in eam, quam supra exposui, de Iphigenia Taurica difficultatem. Illam editionem repetitam esse, et pugnare videtur cum simplici verbo δεδιδαχέναι neque ullis aliis vestigiis potest comprobari. Fabulam autem, quam tum docuit Euripides minor, non ipsius sed patris fuisse et scholiasta credidit et sic elocutus est, ut aequalium omnium hanc fuisse sententiam appareat. Habebat igitur antiquitas Iphigeniam Aulidensem plenam et justam fabulam, quam communi omnium sententia composuerat celeber Euripides. Acceperat autem eam fabulam a minore Euripide, unde p o t u i s s e eum interpolationem inferre patris fabulae, efficitur. — Sed ea, quam nos legimus, Iphigenia num illa est, de qua testatur scholiasta? Ennii certe aetate ita creditum esse verisimile est. Ennium enim quum Euripidis potissimum fabulas constet convertisse, ex fragmentis ejus fabulae conversam ab eo hanc ipsam fabulam esse haud obscure cognoscitur. Atque prius illud, Ennium, quum scriberet Iphigeniam, usum esse Euripidis aliqua fabula, etiam Gruppio[67]) visum est. Quod autem militum ille, non mulierum induxit chorum, nemo mirabitur, qui et hujus poetae et aequalium ejus Romanorum indolem accuratius cognoverit. Ennii autem jam aetate fraudem factam et alius cujus poetae pro Euripidis fabula suppositam esse fabulam, non facile cuiquam probabile videatur.

[65]) l. l. pag. 90.

[66]) Idem visum est Firnhabero, a quo tamen quanquam haud pauca recte perspecta et probabiliter disputata esse libenter concedo, de toto fabulae statu quam maxime dissentio. Rediit enim vir doctus ad levem illam ne dicam indoctam opinionem priorum, qui hujus fabulae interpolationem non g e n e r e discernebant ab aliorum antiquitatis operum interpolationibus, sed perinde atque illa Iphigeniam Aulidensem non nisi f o r t u i t i s quibusdam sive librariorum erroribus sive lectorum additamentis volebant corruptam esse. Quodcontra equidem praeter hanc f o r t u i t a m interpolationem, quae omnibus antiquitatis operibus est communis, duplicem statuo fabulae interpolationem, a singulis viris c o n s i l i o a t q u e r a t i o n e illatam. Simile quid etiam Seyffertus videtur sensisse, quum inter sententias controversas, quas libello suo praemisit, quarto loco hanc poneret: „Aulidensem Iphigeniam, qualem nunc habemus, censeo dupliciter interpolatam esse."

[67]) Ariadn. pag. 537.: „Der Chor (sc. Iphigeniae vere Euripideae) bestand wohl schwerlich aus chalcidischen Frauen, sondern aus Kriegern des Lagers, w i e e s ü b e r d i e s E n n i u s hat." Cf. Ennii fragm. ed. Hessel pag. 216.

Nihilo secius tale quid accidisse et non Euripidis sed alius cujusdam fabulam nobis servatam esse, Gruppius primum inde suspicatus est, quod tota hujus fabulae descriptio abhorreat ab artis Euripideae mediocritate. Quod quum ex falso et perverso ortum sit de Euripide poeta judicio, plane possumus omittere: recte enim Hartungus[68]) queritur, deprimi atque despici poetam eum, quem antiquorum temporum homines aestimando quidem tragicorum nemini postposuerint, imitando autem atque assiduitate legendi vel omnibus praetulerint. Perinde levia sunt reliqua viri docti argumenta (ἄθραυστα ab Hesychio citatum, schol. Arist. ran. 1309., Iphigenia Taurica): ita ut, cur abjudicemus Euripidi hanc fabulam, nulla re vera appareat causa. Majorem sine dubio speciem illud habet, quo, ut Chaeremoni, poetae satis obscuro, tribueret tragoediam excellentissimam motus est Gruppius, Athenaei testimonium l. XIII. pag. 562. E. Totus tamen hic locus, a Matthiaeo et Hermanno (id quod Gruppius docet) nequaquam satis expeditus, facillima sanatur pronominis οὗτος (in verbis διόπερ ὁ ποιητὴς οὗτος) omissione, quam medelam debemus Hartungo. Jam totius loci ratio haec est: Θεόφραστος δ' ἐν τῷ Ἐρωτικῷ Χαιρήμονά φησι τὸν τραγικὸν λέγειν ὡς τὸν οἶνον τῶν χρωμένων τοῖς τρόποις κεράννυσθαι οὕτως καὶ τὸν Ἔρωτα: sequuntur verba Athenaei ipsius, quibus poetae illud explicare conatur: ὃς μετριάζων μέν ἐστι εὔχαρις ἐπιτεινόμενος δὲ καὶ διαταράττων χαλεπώτατος· διόπερ καὶ ὁ ποιητὴς (scil. Euripides, omisso, quod ex sequenti vel οὐ vel οὗτος irrepsit[69]), οὗτος) οὐ κακῶς αὐτοῦ τὰς δυνάμεις διαιρῶν φησὶ, δίδυμα γὰρ τόξα αὐτὸν ἐντείνεσθαι χαρίτων

τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι τύχῃ
τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς (Iph. A. 550., 551.)

Pergit deinde, alium afferens ipse ex Chaeremone locum: ὁ δ' αὐτὸς οὗτος ποιητὴς sqq.

Quibus expositis id jam nostro jure sumere nobis videmur, habere nos ipsius Euripidis Mnesarchidae a filio editam fabulam: quam quidem talem, qualis ab ipso profecta erat poeta, per tot saecula ad nostram aetatem pervenisse, et per se vix credibile est et ex apertissimis, quae ubique occurrunt, mendis cognoscitur. Ex pristino autem nitore quanta hodieque resideat pulchritudo et venustas, non est cur exponam: senserunt enim hanc fabulae pulchritudinem, quicunque eam perlegerunt, senserunt, qui eam verterunt, recentiorum poetarum principes, sensit et egregie exposuit, quem adeat lector, Gruppius, in hac saltem operis sui parte omni laude dignissimus.

[68]) Ed. praef. pag. 1. et pag. 93. „Ego autem, quum in aestimando Euripide iis, quorum hodie judicia valent contradico, non solus in aliam sententiam discedo, sed habeo mecum facientem et antiquitatem universam et recentiorum poetarum principes."

[69]) Ut hic pronomen οὗτος propter sequentis οὐ similitudinem i r r e p s i s s e videmus, sic Tuscul. I., 6., 12. propter insequentis „t u m" similitudinem e x c i d i t participium „m o r t u u m" ad restituendam argumentationis aciem p r o r s u s n e c e s s a r i u m.

Schulnachrichten.

A. Lehrverfassung.

In der Lehrverfassung der Gesammtanstalt trat seit Ostern v. J. jene in dem vorjährigen Bericht
S. 33 als bevorstehend angezeigte Aenderung ein, daß von den vier dem Gymnasium angeschlossenen Real-
Classen wegen zu schwachen Besuches die Prima eingezogen und hiermit dieser Zweig der Anstalt auf eine
Höhere Bürgerschule mit dem Rechte zu Abgangs-Prüfungen zurückgeführt ward. Es verblieben demnach der
Anstalt neun Classen nach dem hierunter hervortretenden Verhältniß. — Bis Michaelis bestanden, wie das
Lections-Verhältniß unter 3) nachweist, noch einige Classen-Combinationen, welche seitdem beseitigt sind. —
Das nachfolgende Verzeichniß unter 2) stellt die Lections-Vertheilung für das Winterhalbjahr dar; die Ver-
schiedenheiten für beide Halbjahre sind in dem Verzeichniß unter 3) bemerkt.

1) Uebersicht der Lehrfächer.

Lehrfächer.	Wöchentliche Stundenzahl in den einzelnen Classen.									
	I. G.	II. G.	III. G.	IV. G.	II. R.	III. R.	IV. R.	V.	VI.	Summa.
1. Religionslehre	2	2	2	2	2	2	2	3	3	20
2. Deutsche Sprache	3	2	2	2	3	3	3	2 }	2 }	22
3. Lateinische Sprache	8	10	10	10	4	5	6	10 }	10 }	73
4. Griechische Sprache	6	6	7	6	—	—	—	—	—	25
5. Hebräische Sprache	2	2	—	—	—	—	—	—	—	4
6. Französische Sprache	2	2	2	2	4	4	5	3	—	24
7. Englische Sprache	—	—	—	—	3	4	—	—	—	7
8. Geschichte und Geographie	3	3	3	3	3	3	3	2	2	25
9. Mathematik und Rechnen	4	4	3	3	5	6	6	3	4	38
10. Naturkunde	2	1	2	—	6	2	2	2	2	19
11. Schreiben	—	—	—	—	—	—	2	3	3	8
12. Zeichnen	—	—	—	2	2	2	2	2	2	12
13. Singen	1	1	1	1	1	1	1	1	1	9
	33	33	32	31	33	32	32	31	29	286
									Durch die Combinationen gehen ab	13
									und wurden demnach von den Lehrern gegeben	273

2) Vertheilung der Lehrfächer unter die Lehrer.

Lehrer.	I. G.	II. G.	III. G.	IV. G.	II. R.	III. R.	IV. R.	V.	VI.	Summa.
1. **Dr. Graser,** Dir., Ord. I. G.	8 Latein. 2 Religion.	2 Religion.								12
2. **Dr. Arndt,** Prof., Prorect., Ord. III. R.	4 Math. 2 Naturk.	4 Math. 1 Naturk.			5 Math.	6 Math.				22
3. **Rothmann,** Prof., Conr., Ord. II. G.	6 Griech. 2 Hebr. 3 Gesch. u. Geogr.	8 Latein. 3 Gesch. u. Geogr.								22
4. **Dr. Handrick,** Subr., Oberlehrer.		2 Latein.			4 Latein.	3 Deutsch. 5 Latein.	6 Latein.			20
5. **Dr. Francke,** Subconr., Oberl., Ord. II R.	3 Deutsch. 2 Franz.	2 Franz.			3 Deutsch. 3 Gesch. u. Geogr.	3 Gesch. u. Geogr.	3 Gesch. u. Geogr.	2 Geogr.		21
6. **Kleinschmidt,** Gymn.lehrer, Ord. III. G.			2 Deutsch. 8 Latein. 4 Griech.	2 Latein.				2 Latein.		18
7. **Hertel,** Gymn.lehrer, Ord. IV. G.		2 Deutsch.	2 Franz.	8 Latein. 6 Griech.				3 Franz.		21
8. **Michael.** Gymn.lehrer, Ord. V.		2 Hebr.		2 Relig. 2 Franz.	2 Relig.	2 Relig.	2 Relig.	2 Deutsch. 8 Latein.		22
9. **Müller,** Gymn.lehrer.			3 Math.	3 Math.	4 Naturk. (Physik.)		6 Math.	3 Relig. 2 Naturk.	2 Naturk.	23
10. **Steppuhn,** Gymn.lehrer, Ord. IV. R.					4 Franz. 3 Engl.	4 Franz. 4 Engl.	3 Deutsch 5 Franz.			23
11. **Dr. Vitz,** Gymn.lehrer.		6 Griech.	2 Latein. 3 Griech. 3 Gesch. u Geogr.	3 Gesch. u. Geogr. 2 Deutsch.					3 Relig.	22
12. **Thomas,** a. Hülfslehrer, Ord. VI.									2 Deutsch. 10 Latein. 2 Geogr.	14
13. **Breyer,** Cantor.	1 Singen. (I. G. und II. G.)		1 Singen. (III. G. und IV. G.)		(1 Singen.)	(1 Singen.) (III. R. und IV. R.)		1 Singen. 3 Schreiben. (V. und VI.)		10
	4 Stunden Singen mit den Chorschülern									
14. **Lehmann,** ordentl. Hülfslehrer.			2 Naturk.	2 Zeichn.	2 Naturk. 2 Zeichn.	2 Naturk. 2 Zeichn.	2 Naturk. 2 Zeichn. 2 Schreib.	2 Zeichnen. (V. und VI.) 3 Rechnen.	4 Rechnen.	25
15. **Bürger,** Archidiakonus.			2 Relig.							2
	33	33	32	31	33	32	32	31	29	277

Die vorstehende Summe der Lehrstunden 277 begreift mit die 4 den Chorschülern besonders ertheilten 4 Singestunden, bei deren Abrechnung sich die Summe der von Lehrern gegebenen Lehrstunden auf 273 ergiebt, wie oben in der Tabelle 2).

3) Verzeichniß der in dem verflossenen Schuljahre behandelten Lehrgegenstände.

Gymnasial-Prima.

Cursus zweijährig. Ordinarius der Director.

1) Religionslehre: nach Petri's Lehrbuch 2. Th. Abschn. 1. u. 2., Erklärung des Briefs an die Galater, dazu Wiederholungen aus der Kirchengeschichte. 2 St. Graser. — 2) Deutsch: Uebungen im Declamiren und in freien Vorträgen; Uebersicht der Geschichte der deutschen Nationalliteratur; Lesung und Erklärung von Göthe's Iphigenie und Torquato Tasso, Lessing's Laokoon, Oden von Klopstock; Erklärung der Dichtungsarten; Besprechung von Aufgaben; schriftliche Aufsätze in 4 W. 1. 3 St. Francke. — 3) Lateinisch: Ciceronis de officiis lib. I., Taciti Germania, Horatii Carmina, Auswahl aus lib. I.—IV., dazu einige Episteln und Abschnitte aus den Satiren. Schriftliche Uebungen in Aufsätzen, Exercitien uud Extemporalien und in lateinischen und deutschen Versbildungen; Sprechübungen. 8 St. Graser. — 4) Griechisch: Homeri Iliad. lib. XXIII. von v. 262., XXIV., I., II. v. 1—493., III., Sophoclis Antigone, Platonis Apologia Socratis. Schriftliche und mündliche Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen ins Griechische. 6 St. Rothmann. — 5) Französisch: Lectüre aus La France littéraire von Herrig und Burguy; Guizot, Racine, Montesquieu, Frédéric II., Chateaubriand, Delavigne; Syntax nach Plötz 2. C.; Uebungen im schriftlichen und mündlichen Uebersetzen aus dem Deutschen. 2 St. Francke. — 6) Geschichte: die französische Revolution bis 1815; Mittelalter; Wiederholungen aus der alten und neueren, besonders der vaterländischen Geschichte. Geographie: die germanischen Staaten. 3 St. Rothmann. — 7) Mathematik: im S. Trigonometrie; weitere Ausführung der Lehre von den Progressionen, Zinses-Zins- und Rentenrechnung; Combinationslehre, binomischer Lehrsatz; Wahrscheinlichkeitsrechnung. Im W.: Stereometrie; Kettenbrüche, weitere Ausführung der Lehre von den Gleichungen des 2. Grades und deren Anwendung auf Lösung geometrischer Aufgaben; unbestimmte Gleichungen. 4 St. Arndt. — 8) Physik: im S. die allgemeinen Eigenschaften der Körper; Mechanik fester Körper. Im W. Mechanik tropfbar flüssiger und elastisch flüssiger Körper; Akustik. 2 St. Arndt.

Gymnasial-Secunda.

Cursus zweijährig. Ordinarius der Conrector Prof. Rothmann.

1) Religionslehre: nach Petri's Lehrbuch 1. Th. Abschn. 1. u. 2., mit Bibelerklärung, bes. die Bergpredigt. 2 St. Graser. — 2) Deutsch: Uebungen im Declamiren und in freien Vorträgen; aus der Geschichte der Nationalliteratur die wichtigsten Erscheinungen der alten Zeit; Lesung und Erklärung von Schiller's Wilhelm Tell und Göthe's Hermann und Dorothea; schriftliche Aufsätze in 4 W. 1. 2 St. Hertel. — 3) Lateinisch: Ciceronis epistolae, nach Süpfle's Sammlung 4. Ausg. Abschn. 2—4; Cic. orationes in Catil. I. II.; Sallustii bellum Catil.; Virgilii Aen. lib. VII. u. VIII. bis v. 585. Grammatik nach Zumpt, namentlich Tempus- und Moduslehre, Andres gelegentlich zu den Scriptis. Schriftliche Uebungen in wöchentlichen Exercitien, dazu in Extemporalien und Versbildungen, für die 1. Abtheilung auch in eigenen Aufsätzen (im J. 4). Mündliches Uebersetzen aus M. Seyfferts Uebungsbuch. 8 St. Rothmann, 2 St. (Virgil.) Handrick. — 4) Griechisch: im S. Herodoti lib. VII. bis cap. 112. und Homeri Odyss. lib. XVII. u. XVIII. bis v. 301.; im W. Xenophontis Memorab. lib. IV. und Homeri Odyss. lib. XVIII. von v. 302., XIX. XXI. (priv. VIII. u. XX.). Grammatik: Casus- und Moduslehre. Exercitien und Extemporalien 1 in 2 W. 6 St. Im S. Kleinschmidt, im W. Bitz. — 5) Französisch: Lectüre aus La France litt. von Herrig und Burguy: Thiers, Corneille, Lamothe-Fénelon, Cuvier, Dumas, Reboul, Jules Janin. Syntax nach Plötz 2. C.; schriftliche Uebungen. 2 St. Francke. — 6) Geschichte: alte, bis zur Schlacht bei Chäronea. Geographie: die germanischen und die griechisch-romanischen Staaten. 3 St. Rothmann. — 7) Mathematik: im S. Geometrie, Lehrbuch Abschn. 1—12. theils wiederholt, theils durch Zusätze und das, was in den Anhängen steht, erweitert. Geometrische Oerter; Arithmetik, Gleichungen des 1. und 2. Grades. Im W. Geometrie, Abschn. 12 bis zu Ende, Anfangsgründe der Trigonometrie; Arithmetik, Lehre von den

Potenzen mit negativen und gebrochenen Exponenten, Wurzelrechnung, imaginäre Größen, Logarithmen. 4 St. Arndt. — 8) Physik: im S. Magnetismus, Reibungs-Elektrizität. Im W. Galvanismus, Thermoelektrizität, Elektromagnetismus. 1 St. Arndt.

Real-Secunda.

Cursus zweijährig. Ordinarius der Subconrector Dr. Francke.

1) Religionslehre: Wiederholung des Luth. Katechismus; Kirchengeschichte nach Petri; Lesung und Erklärung des Briefes an die Galater und an die Hebräer und des Briefes Jacobi; Auswendiglernen geistlicher Lieder und Psalmen. 2 St. Michael. — 2) Deutsch: Uebungen im Declamiren und in freien Vorträgen; Lesung und Erklärung von poetischen und prosaischen Musterstücken — Nibelungen, Schiller's Wilhelm Tell und Jungfrau von Orleans —, dazu literarische Notizen; Styllehre; schriftliche Aufsätze in 4 W. 1. 3 St. Francke. — 3) Lateinisch: Caesaris de bello Gall. lib. VI. und II. Grammatik, Wiederholungen aus der Formenlehre und Erklärung der nöthigsten Stücke der Syntax, namentlich der Lehren vom Conjunctiv, vom Infinitiv und von den Participien; Exercitien und Extemporalien, abwechselnd wöchentlich 1. 4 St. Handrick. — 4) Französisch: Lectüre aus Herrig's La France litt.: Voltaire, Montesquieu, Buffon, J. J. Rousseau, Leclercq; Syntax nach Plötz 2. C.; Exercitien und Extemporalien, abwechselnd wöchentlich 1, dazu mündliches Uebersetzen aus dem Deutschen. 4 St. Steppuhn. — 5) Englisch: Lectüre aus Herrig's The British Classical Authors: Pinkerton, Mackintosh, Lingard, Defoe, Lamb; Grammatik nach Plate 2. C., Auswahl der wichtigsten Abschnitte; wöchentlich 1 Exercitium. 3 St. Steppuhn. — 6) Geschichte: mittlere und neue, besonders deutsche und brandenburgisch-preußische, nach Dielitz. Geographie: die außereuropäischen Länder, und Wiederholung der Länder Europa's und ihrer Colonieen; Kartenzeichnen. 3 St. Francke. — 7) Mathematik: im S. Stereometrie, Gleichungen des 1. u. 2. Grades, Progressionen. Im W. die Geometrie wiederholt und durch Zusätze erweitert; geometrische Oerter; Repetition der Lehre von den Proportionen; Rechnungen des gemeinen Lebens. 5 St. Arndt. — 8) Naturwissenschaften: im S. Mineralogie, mit dem Wichtigsten aus den Grundlehren der Chemie, u. Botanik. Im W. Physik, Wärmelehre, u. Zoologie. 4 St. Müller u. 2 St. (Botan. u. Zool.) Lehmann. — 9) Zeichnen: Wiederholung der Projectionslehre; Situations-, Maschinen- und architektonisches Zeichnen; Uebungen im Schattiren mit Kreide und Tusche. 3 St. Lehmann.

Gymnasial-Tertia.

Cursus zweijährig. Ordinarius der Gymnasiallehrer Kleinschmidt.

1) Religionslehre: Wiederholung der sämmtlichen Hauptstücke mit genauerem Eingehen in das schwerer Verständliche; dabei Wiederaufnahme der Kernsprüche und Kernlieder, Bibelkunde; Lesung der Apostelgeschichte und einer Auswahl von Psalmen. 2 St. Bürger. — 2) Deutsch: Uebungen im freien Erzählen und im Declamiren mit Erklärung einzelner Gedichte; schriftliche Aufsätze in 3 W. 1; Erklärung einzelner grammatischer Puncte. 2 St. Kleinschmidt. — 3) Lateinisch: Caesaris de bell. Gall. lib. VII. u. VIII. bis cap. 25., Ovidii Metamorph. ausgewählte Stücke aus lib. II. III. IV. V.; Grammatik, besonders über den Gebrauch der Tempora und Modi und der Participien, mit mündlichem Uebersetzen aus dem Deutschen nach Süpfle; schriftliche Uebungen in Exercitien und Extemporalien, auch im Versbau. 8 St. Kleinschmidt; 2 St. (Ovid.) im S. Handrick, im W. Bitz. — 4) Griechisch: Homeri Odyss. lib. XVI. XVII. Xenophontis Anab. lib. III. Grammatik, Vervollständigung der Formenlehre und Erklärung des Nöthigsten aus der Syntax; schriftliche Uebungen in Exercitien und Extemporalien und mündliches Uebersetzen nach Franke's Aufgaben. 4 St. Kleinschmidt. 3 St. (Odyss.) im S. Michael, im W. Bitz. — 5) Französisch: Lectüre, ausgewählte Stücke aus der Chrestomathie von Plötz; Grammatik nach Plötz, die Formenlehre und das Nöthigste aus der Syntax; schriftliche Uebungen und Extemporalien. 2 St. Hertel. — 6) Geschichte und Geographie: Geographie von Europa und besonders Deutschland; Geschichte von Chlodwig bis zum Interregnum; deutsche Gesch. 1493—1515, preuß. Gesch. bis 1815. 3 St. im S. Schmelzer u. Thomas, im W. Bitz. — 7) Mathematik: Geometrie, Abschnitt 1—3 repetirt, dann Abschnitt 4. 5. 11. u. 12. mit Weglassung der Anhänge; Arithmetik,

die Lehre von den geometrischen Proportionen nebst den sich darauf gründenden Rechnungen des gemeinen Lebens; Gleichungen des 1. Grades mit einer Unbekannten, Wiederholung der Decimalbruchrechnung. 3 St. Müller. — 8) Naturwissenschaft: im S. Botanik, im W. Mineralogie. 1 St. Lehmann.

Real-Tertia.

Cursus einjährig. Ordinarius der Prorector Prof. Dr. Arndt.

1) Religionslehre: das 3., 4. und 5. Hauptstück, mit Wiederholung der beiden ersten; Lesung der Apostelgeschichte und ausgewählter Stücke des A. T.; Lernen geistlicher Lieder und Psalmen. 2 St. Michael. — 2) Deutsch: Uebungen im Declamiren und Wiedererzählen gelesener Stücke, meist geschichtlichen Inhalts; Besprechung der schriftlichen Aufsätze, in 3 W. 1. 3 St. Handrick. — 3) Lateinisch: Caesaris de bello Gall. lib. IV. von cap. 18. u. III., mit Repetition aus lib. I.; Grammatik, Wiederholungen aus der Formenlehre, aus der Syntax Wiederholung der Casuslehre und das Hauptsächlichste über die Tempora und Modi; schriftliche Uebungen in Exercitien und Extemporalien, wöchentlich abwechselnd. 5 St. Handrick. — 4) Französisch: Lectüre aus Plötz Chrestomathie, Recits hist. 9—16. und Section IV. 5 u. 6.; Grammatik nach Plötz 2. C. Abschn. III—V.; Exercitien wöchentlich 1. 4 St. Steppuhn. — 5) Englisch: Grammatik nach Plate, 1. C. Lect. 32—57; Lectüre nach desselben Lehrgang, Nr. 8—32. und sämmtliche Gedichte; wöchentlich 1 Exercitium. 4 St. Steppuhn. — 6) Geschichte: deutsche, speciell die brandenburgisch-preußische, nach Dielitz. Geographie: die Länder Europa's und ihrer Colonieen, speciell Deutschland und Preußen, nach Daniel; Kartenzeichnen. 3 St. Francke. — 7) Mathematik: im S. die Hauptsätze aus der Lehre von den Potenzen; Ausziehung der Quadratwurzeln, Buchstabenrechnung; Gleichungen des 1. Grades mit einer Unbekannten; Repetition des in der Quarta behandelten Pensums der Geometrie. Im W. die Geometrie bis zu Ende; die Proportionen und die auf dieselben sich stützenden Rechnungen des gemeinen Lebens. 6 St. Arndt. — 8) Naturwissenschaften, im S. Botanik: Wiederholung der Pflanzen-Terminologie; festere Einprägung des Linné'schen Pflanzensystems; Uebungen im Selbstbestimmen lebender Pflanzen; Excursionen. Im W. Zoologie: innerer Bau des Menschen; vergleichende Beschreibung der Hauptformen des Thierreichs; specielle Behandlung der Gliederthiere. 2 St. Lehmann. — 9) Zeichnen: die Lehre vom Grund- und Aufriß; Uebungen, Denkmäler, Gebäude u. dergl. im Grund- und Aufriß zu zeichnen; perspectivisches Zeichnen. Nach Peter Schmid. 2 St. Lehmann.

Gymnasial-Quarta.

Cursus einjährig. Ordinarius der Gymnasiallehrer Hertel.

1) Religionslehre: das 1., 2. u. 3. Hauptstück mit genauerer Erklärung des 1. u. 2. Artikels; Lesung des Evangeliums Matthäi; Lernen geistlicher Lieder und Psalmen. — 2) Deutsch: Schriftliche und mündliche Uebungen im Wiedererzählen, Nacherzählen von Gedichten und Beschreibungen; Declamation Uhland'scher Gedichte. 2 St. Vitz. — 3) Lateinisch: Grammatik, Ergänzung der Formenlehre, aus der Syntax das Wichtigste von der Casuslehre und von den Infinitiv-, Conjunctiv- und Participial-Constructionen. Lesung: Cornel. Nep. Cimon, Alcibiades, Datames, Epamimondas, Phocion, Timoleon, Agesilaus, Hamilcar; leichtere Stücke aus der poetischen Chrestomathie von Schwarz mit prosodischen Uebungen. Wörterlernen aus Bonnell's Vocabularium. Mündliches Uebersetzen aus dem Deutschen nach Haacke; Exercitien und Extemporalien, abwechselnd wöchentlich 1. 8 St. Hertel, 2 St. Kleinschmidt. — 4) Griechisch: Grammatik nach Krüger, die Anfangsgründe bis zu den unregelmäßigen Verbis; Uebungen im Uebersetzen nach Spieß; Exercitien in 2 W. 1. 6 St. Hertel. — 5) Französisch: Grammatik nach Plötz, 1. C. Lect. 41—91. Mündliches Uebersetzen und schriftliche Exercitien. 2 St. Michael. — 6) Geschichte: im S. Geschichte und Geographie des alten Griechenlands; im W. römische Geschichte, Geographie von Amerika und Australien. 3 St. im S. Schmelzer, im W. Vitz. — 7) Mathematik: im S. Wiederholung der Bruchrechnung, Lehre von den geometrischen Proportionen und den auf dieselben sich gründenden Rechnungen des gemeinen Lebens; aus der Geometrie Lehrb. Abschn. 1—3. Im W. die Lehre von der Theilbarkeit der Zahlen, den gemeinen und den Decimalbrüchen; aus der Geometrie Lehrb. Abschn. 1—3 wiederholt und sicherer eingeübt. 3 St. Müller. — 8) Zeichnen: perspectivisches Zeichnen

nach gerad- und bogenlinigen Körpern. Entwickelung der wichtigsten perspectivischen Gesetze und Anwendung derselben beim Aufnehmen verschiedener Gegenstände. Nach Peter Schmid. 2 St. Lehmann.

Real-Quarta.

Cursus einjährig. Ordinarius der Gymnasiallehrer Steppuhn.

